COMMENTARII DE REBVS IN SCIENTIA NATVRALI ET MEDICINA GESTIS.

VOLVMINIS XXXI. PARS I.

LIPSIAE, MDCCLXXXIX.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io Bapt Pasquali, Milano apud Iof. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Laurent. Giraud, Florentiae apud Iof. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios. Lausannae apud I. H. Pott.

UNIVERSITY OF OKLAHOMA
LIBRARY

C136
v. 31

LECTVRIS

S. D. P.

IOH. GEORG. FRIDERICVS FRANZIVS

PHILOS. AC MED. D. ET P. P. ETC.

Delegata poſt obitum Cl. LESKII edendorum continuandorumque de rebus in ſcientia naturali et medicina geſtis ad nos commentariorum cura, laeta dulciaque ſubinde concepimus gaudia, quae totum animum noſtrum multis de cauſis iiſdemque grauiſſimis penetrarunt, occuparuntque, atque nos excitarunt, vt omnes noſtras cogitationes curaſque conferremus in litterarium hocce opus, quod per vniuerſam Europam ſibi conciliauit auctoritatem maximam, atque amicos comparauit quam plurimos. In communionem enim laudis et honoris venire jam mihi licet, quem ſolum hoc et vnum opus, quod lingua Latina in Germania de rebus medicis et phyſicis promulgatur, penes indigenas et apud exteras nationes politas atque optime cultas ſibi peperit, atque nos per litterarium commercium cum Anglis, Francogallis, Heuetis, Italis, Luſitanis, Hiſpanis, Sueeis, Danis, Ruſſis, popularibuſque adeo noſtris, junxit intimius. Magnam praeterea percepimus voluptatem ex ſociis ipſis, qui ſuis laboribus penes anteceſſores noſtros hoſce orna-

Hist. of Science

runt, atque gloriam eorundem maiorem in modum amplificarunt atque auxerunt, et quorum quamplurimi nobis quoque fauere ac ſuis ſtudiis arduum hoc opus ſuſtinere, nosque, quantum fieri poſſet, ſubleuare decreverunt, atque dextra fideque humaniſſime data ſpem noſtram non tantum impleverunt ſed etiam ſuperarunt, effeceruntque vt celerior continuatio ſtatis temporibus ob copiam recenſionum ſelectiſſimarum fieri potuerit. Nonnulli autem ob negotiorum grauitatem, varietatem, ac multitudinem impediti, nobis adeſſe non amplius potuere, quod ſane admodum aegre tulimus. Iuſtiſſimum tamen illum moeroris ſenſum compenſarunt ac prorſus diſpulerunt, alii viri in eorundem locum ſurrogati, aeque eruditionis elegantia ac doctrinae copia inſignes et praeſtantes, et in promiſſis humaniſſime nobis factis exſequendis promptiſſimi ac conſtantiſſimi. His acceſſerunt alii viri et generis nobilitate et litterarum amplitudine et artium cultura egregie inſtructi, qui ſuis conſiliis ſapientiſſimis, relationibuſque nouis ad rem noſtram pertinentibus, nobiſque vtiliſſimis ac gratiſſimis, nobis ſuccurrere, animumque noſtrum mirifice exhilarare beneuole ſtuduerunt. Praeprimis vero hoc litterarum genere, quo hiſtoria litteraria medica, quae et prodeſt et oblectat, et qua noſmet ipſi ducimur trahimurque, incrementa indies capit maiora, ita excitati ſumus, vt huic operi continuando eo lubentius operam noſtram dicaremus atque manus admoueremus noſtras,

quo

quo antiquus ille honos, ad quem commentarii euecti fuerant, fartus tectuſque conſeruaretur, noſque virorum doctorum aſſenſum, quo nihil carius jucundiuſue nobis accidere poterit vnquam, promereri videremur.

Noſtri autem labores iam incipiunt a parte tertia voluminis XXIX. et tunc quidem libenter quaedam de noſtris conſiliis eſſemus praefati, niſi alia haec diſſuaſiſſent; commodius ſiquidem aptiuſque nobis viſum eſt haec fronti Decadis IV. imprimere, quam iam fauente Deo, fauſtis, boniſque incepimus auſpiciis. Omniſque opera, vniuerſumque ſtudium in concinnandis redigendiſque commentariis hiſce verſabitur in eo, vt egregia exempla anteceſſorum noſtrorum, b. LVDWIGII, auctoris, b. REICHELII et b. LESKII, continuatorum intuendo, eo tendamus, vt veſtigiis horum virorum inſiſtamus, atque eadem diligentia, aſſiduitate et conſtantia id curemus, ne vllo vnquam tempore gratia lectorum excidamus noſtrorum.

Officii autem noſtri ratio a nobis exigit, atque adeo leges humanitatis, quas violare religio nobis eſt, iubent, vt eos commemoremus, quibus nos obſtrictiſſimos ſentimus, et quibus omnia fere debere nos in continuandis his commentariis profitemur, cum ſuis ſtudiis auctoritatem dignitatemque huic operi conciliare ſtuduerint, quae iure a nobis laudari non tantum palam debent, ſed etiam gratias vt ipſis hac ſcribendi opportunitate agamus decen-

tiſſimas a nobis poſtulant. Antiquam enim fidem et integerrimam amicitiam, qua LESKIVM ſunt complexi, mihi quoque exhibuere, atque fauore ſuo me proſequuti ſunt, Ill. KAESTNERVS, Venerandus ſenex, ex cujus ſcholis me olim prodiiſſe grata animi recordatione glorior, et Ill. IOH. ANDR. MYRRAY, cujus propitium in nos animum multis celebramus nominibus, et qui profeſſ. munere in Acad. Georgia Auguſta cum laude funguntur, quibus accenſendus eſt Ill. LAVR. CRELLIVS, Conſil. in rebus montanis et Profeſſor in Academia Iulia meritiſſimus, qui per plurimos iam annos ſuo prorſus ſingulari nos dignatus eſt amore, ac denique laudandus a nobis diligentiſſimus et Cl. IOH. THEOPHILVS BIEDERMANNVS, apud Freybergenſes medicus practicus. E noſtris autem nobis adeſſe conſtituerunt Conſ. IOH. SAM. TRAVG. GEHLER, Phil. et I. V. D. Senator Lipſienſis, de cujus in rebus phyſicis limato iudicio atque doctrina egregia theſaurus ejuſdem phyſicae alphabeticus luculentiſſimum prae caeteris perhibet teſtimonium; Experientiſſimi et Clariſſimi IOHANNES HEDWIG, CHRISTI. GOTTH. ESCHENBACH, CHRISTI. FRID. LVDWIG, CAR. GOTTL. KÜHN, ERN. BENIAM. THEOPHIL. HEBENSTREIT, et IOH. THEOPHILVS DAEHNE, Philoſophiae et medicinae Doctores ac Profeſſores, et tandem CHRISTI. MART. KOCH, medicinae Candidatus digniſſimus.

His collegis ac ſociis, qui olim et nunc hiſce commentariis concinnandis laudabilem ſuam

ſuam impenderunt operam, acceſſerunt alii, videlicet Exp. V. ADAMVS MICH. BIRKHOLZ, ac Med. D. Fac. med. Lipſ. aſſ. et Collegii Maj. Ppum. collega, Exp. V. ADOLPHVS MVRRAY, M. D. et anatom. ac chirurg. P. Vpſalienſis meritiſſimus, Ill. V. REMIGIVS WILLEMET, Decanus Pharmacopoeorum ac Princeps, et Demonſtrator Chemiae et Botanices in Academia Nanceiana, et ob exquiſitioris eruditionis copiam, humanitatis laudem et amicitiae conſtantiam maximopere a nobis celebrandus, Cl. IOH. FRANC. CARRERE Conſil. ord. med. Regis Galliarum, ob egregia ſcripta celebratiſſimus, Cl. BACHER, Doct. regens Fac. med. Pariſinae, auctor diarii ad med. pharmac. et chirurgiam pernentis, Cl. BERTHELON DE S. LAZARE, in ſcientia naturali inſtructiſſimus verſatiſſimusque, GOVLIN, qui optime de rebus medicis meruit, Cl. ROGEZ et LA METHERIE in phyſicis ſibi maximam laudem praeprimis ob diarium phyſicum, in orbe litterario comparantibus, Cl. PARMENTIER, qui multa egregie ſcripſit, et Cl. MELLIN, editor miſcellanorum Francogallicorum cum applauſu ſuſceptorum. Sed non in Francogallia tantum, ſed et in Italia, praecipue Bononiae nobis beneuole ſua opera adfuit Cl. IVL. CAESAR CINGARI, Inſtituti Bononienſis ſocius, atque ex Magna Britannia nobis nominandus eſt Cl. SAMVEL FOART SIMMONS, ſocietatis medicae Londini florentis Praeſes grauiſſimus.

Hac occaſione non poſſumus non ſilentio praeterire quoſdam noſtrorum diſcipulorum, ingenio et doctrina egregiorum, quorum laudis partem nobis quidem modeſte vindicare tribuereque poſſumus, quique nobis ſuadentibus quoſdam labores neque inuita ſuſcepere Minerua et quorum egregria exempla, vti ſperamus ac certo confidimus, alii quoque ſequentur. Sunt vero optime ſpei iuuenes, qui ex parte iam ſcriptis ſpecimina ſuae qualiſcunque eruditionis edidere, et quidem Cl. CAROLVS CHRISTIANVS LEBRECHT WEIGEL, Phil. ac Art. liberal. Magiſter et Med. Baccal. SALOMO CONSTANTINVS TITIVS, Medicinae Candidatus, TITII Excell. Profeſſoris Vitembergenſis filius digniſſimus; BERNH. GOTTLOB SCHREGER, Med. Bacc. et humaniſſimus et humaniorum litterarum cultor indefeſſus; IOH. CHRISTI. GOTTLOB BAVMGARTEN, Medicinae Bacc. multifariae eruditionis Baumgarteniae haeres, quippe ex hac ipſa ſtirpe ortus; ac denique ANTON. GREGORIVS EYSOLD, Med. Bacc. qui ob praenomen aut alia de cauſa ad gloriam GREGORY celeberrimi Angl. adſpirare videtur.

Monitis quoque, conſiliis, relationibus ſuppeditatis, aliiſque humanitatis officiis multum nobis profuere, ſtudiaque noſtra excitauere Generoſiſſi. IOSEPHVS BANKS, Eques ac Societatis R. ſcientiarum Londinenſis Praeſes Grauiſſimus, ad cineres vſque multis nominibus a nobis colendus veneranduſque, Cl. CAROLVS PETRVS LAGARD, eiuſdem ſocietatis regiae

ſecre-

cretarius optime meritus, Cl. SEBASTIANVS CANTERZANVS, inſtituti Bononienſis et ſcientiarum Academiae ſecretarius, nobis cariſſimus ob multa praeſtita egregie humanitatis ac beneuolentiae prorſus ſingularis officia, Cl. FERDINANDVS IOSSIVS, Academiae Florentinae ſecretarius, cuius humanitatem ac beneuolentiam publice praedicare tenemur. Iure meritoque eſſemus accuſandi, niſi honorificam facere vellemus mentionem, Cl. VICQ D'AZYR, Societ. med. Pariſ. Secret. Cl. BROVSSONET Secret. academiae rei agrar. Pariſinae, Cl. GILIBERTI D. med. et Direct. Acad. Lugdun. et de LA TOVRETTE, ciuiſdem acad. ſecret. aeque ac AVCT. DE FROBERVILLE, Acad. Aurelian. ſecret. et DVBOIS DE SOSSEVX, Atrebatenſis academiae ſecretarii, atque Cl. LVCHTMANNS, artis obſtetriciae Prof. Traiectini et Societ. ibidem florentis Prouincialis ſecretarium, quorum omnibus ac ſingulis ob praecipua fauoris integerrimi documenta et humaniſſime praeſtita officia nobis perquam honorifica, gratias decentiſſimas humaniſſimaſque agimus.

Praelibatis his ad aliud caput aeque neceſſarium ac vtile pervenimus, ſpectans potiſſimum ad rationem ac viam, qua in continuandis his laboribus ingredi volumus. Exſtiterunt quidem multi, prouti communiter fieri ſolet, auctores ſuaſoreſque, qui, vt mutata prorſus facie commentarii prodirent, inpoſterum cuperent, atque conſilia ſuggererent de iis quae addenda, demenda atque eiicien-

da essent. Patientes quidem iisdem praebuimus aures, at ipsis obsequi a nobis minime potuimus impetrare. Ipsimet cum hac decade titulum transformare constitueramus, quia latinae aures pristinum commentariorum de rebus in scientia naturali et medicina gestis minime ferre visae sunt, ideoque eos nouos commentarios ad historiam naturalem et medicinam pertinentes nominare maluimus, at aequa lance librata illud abiecimus consilium, atque priorem retinuimus eam praeprimis ob causam, ne μικροφίλοτιμοι esse, atque in rebus minimis aliquid quaerere videremur, sufficit itaque hoc loco nobis tritum illud: in verbis simus faciles, modo conueniamus in re.

Neque in ipsis libris recensendis alium sequendum esse ordinem ac morem, quam antiquum illum necessarium esse duximus, qui per longam annorum seriem probatus erat, et a quo tantummodo post LESKII obitum, antequam ad nos cura commentariorum erat deuoluta, quidam, quibus tunc res commissa erat, deflexerunt. Penes enim maiores nostros vsu fuit receptum, vt ingenue, modeste, vere, iudicia ab omnium partium studio remota de libris lata, in chartas coniicerentur, qui mos vt doctos aeque ac graues quam maxime decet viros; hunc itaque restituere, huic totos nos accommodare constituimus; neque permittemus vnquam, vt contumeliis iniuriisque ingenuis et liberalibus viris indignis, aliquis

quis petatur aut laceſſetur. Igitur in vniuerſum omnes recenſiones, contumelias, iniurias, cauillationes, ironias, ſatyras ſpirantes deprecamur, ac ſedulo fugimus, quamquam ſeculi genius eas aliquo modo ferre videatur; potius hoc nobis ſumſimus, atque in eo conſtanter perſeuerabimus, vt vel ſolum argumentum libri, ex quo lector, qualis ſit liber facile iudicare poterit, indicemus, aut eius nullam faciamus mentionem. Sic enim a multis incommodis, rixis, altercationibus, conuitiisque erimus immunes, ac tranquille viuere poterimus. Facile quoque fieri poteſt, vt ob aliquam recenſionem iniquam ſuſpicio in inſontes cadat viros, cuius rei hiſtoriam ex litteris, haec nobis ſcribentibus, et ab Ill. SCHREBERO ad nos datis, cum noſtris communicabimus lectoribus. Siquidem recenſio LINNAEI IVN. *ſupplementi plantarum* falſo tributa fuit a quibuſdam V. Ill. SCHREBER, qui tamen, ſi etiam nobis nulla eſſet fides, vt ex praefationibus antecedentibus et noſtra conſtat, non fuit, neque eſt inter eos, qui manus ſuas huic admouerunt operi, et libenter verum huius recenſionis nominaremus auctorem, ſi nobis innotuiſſet ille, at eam prelo commiſſam fuiſſe antequam nos praefuimus huic operi, prouti id temporis ratio, qua acceſſimus, declarare poterit. Et ita me Deus amet, neque conceſſiſſemus, vt talis imprimeretur recenſio, neque in poſterum conceſſuri erimus. Hoc vero certiſſime affirmamus SCHREBERVM doctiſſimum omni carere culpa.

Tan-

Tandem omnes doctos phyſicos, naturae ſcrutatores, medicos et chirurgos peramanter inuitamus, vt ſi tempeſtiue ſcriptorum ſuorum cupiant fieri mentionem, eadem ad me huius operis directorem, ſolutis publicis vectigalibus mittant, aut ad officinam librariam Gleditſchianam, noſque promittimus, ea, quam cito fieri poſſit, in noſtris commemorari commentariis. Haec quoque dicta ſunto de relationibus nouis nobiſcum communicandis: Librariis quoque omnibus noſtra opera erimus praeſto ſemper, ſi libros quos ſumtibus ſuis promulgarunt recens editos, nobiſcum communicabunt. Tandem curabimus vt propediem Decadis Tertiae index, qui iam ſub prelo manibuſque ſudat, prodeat, atque promittimus ſimul ſanctiſſime, prouti hucuſque factum eſt, in eo omnem operam ſtudiumque noſtrum collocare, vt ſtatis temporibus et non interrupta ſerie, vna pars alteram et ſic porro excipiat. Scripſ. Lipſiae Kal. Ianuar. CIↃ IↃ CC LXXXIX.

I.

NICOLAI IOSEPHI IACQVIN Collectanea ad Botanicam, Chemiam et hiſtoriam naturalem ſpectantia, cum Fig. Vol. I. Vindobonae ex officina Wappleria 1786. 4. pagg. 386.

Variis de cauſis motus eſt atque excitatus ad mutationem tituli huius operis, quod olim ſub nomine Miſcellaneorum Auſtriacorum prodierat, et cuius hocce volumen continuatio eſt, atque tertium Volumen Miſcellaneorum conſtituit, prouti etiam ſic interdum in Iconibus Stirpium rariorum alibique ab ipſo auct. Cl. laudatur; ne igitur aliquis cogitet haecce collectanea ab ipſis miſcellaneis eſſe diuerſiſſima, haec praemonere libuit. Grauiſſimas autem inter cauſas, quibus eſt permotus hunc titulum praefigere, haec principem occupat locum, quia maiorem ſplendorem externum huic operi voluit conciliare, ſiquidem vilior in prioribus voluminibus adhibita charta, nec tabulis prae paruitate accommodata quamplurimis diſplicuit, et quamquam pretii augmentum exinde acceſſerit, tamen illud minime improbandum eſſe videtur, cum ipſe liber amicis harum litterarum eo carior eſſe debeat atque acceptior. Continentur autem in hoc Volumine.

1. *Reu.* FRI. XAV. WVLFEN *minera plumbi ſpatoſa Carinthiaca* *) Deſcribitur autem LVIII Plumbum ſpatoſum dilute citrinum lamelloſum, lamellis maioribus irregularibus, preſſe aggregatis, erectis vel obliquis. p. 3.

Bleybergae e veteri St. Matthaei fodina. LIX. Plumbum ſpatoſum rubrum ſemipellucidum, cryſtallis minimis, denſe aggregatis, partim p. 4.

*) Contin. ad Miſc. Vol. 2. p. 159.

tim triangulari pyramidalibus, partim triangulari-columnaribus, in altera extremitate pyramidaliter acuminatis, tum etiam aluminaribus octolateris, etiam irregulariter multilateris, et rotundatis. Ex fodina Bollenienſi ad montem Velach prope Bleybergam, ſuper Zinco ſpatoſo druſico albo et pel-
p. 6. lucido. LX. Plumbum ſpatoſum excolor aut metallicolor, ſplendens, cryſtallinum, cryſtallis polyedris, partim regularibus, partim irregularibus, in elongato ouatas et paralellas ſeries ordinatis. Bleybergis ex fodina St. Chriſtophori ſuper minera Zinci
p. 7. hepatica, lamelloſa, micante et albocinerea. LXI. Plumbum ſpatoſum, triſte flauum, ſubdiaphanum, ſolidum, ponderoſiſſimum; partim amorphum; partim ſtratoſo-laminoſum. Laminis ſtratorum lineam craſſis, anaſtomozantibus, aut inordinato mutuo ſe decuſſantibus: cellulaſque vagas, inanes, aut calcareo aequabili albido, margoque indurata rufa, aut flauente farctas, formantibus; efflorescens in ſuperficie, cauerniſque partim in lamellas accumulatas tetra- aut octogenas; partim et in cryſtallos homogeneas, conferte aggregatas, cubicas, parallelopipedicas, ſelenitico-decaedras, teſſaro-decaedraſque, ſiue ſeleniticas acie marginali reſecta.
p. 8. Ex St. Mathaeo. LXII. Plumbum ſpatoſum, idem; an ex fatiſcentiae principio? an ex iniuriis duntaxat aeris ſubterranei? extus bruneum, ſiue rufo-fuſcum, nitoris diaphanitatiſque expers. LXIII. Plumbum ſpatoſum flauum opacum, aut et ſubdiaphanum, ſolidum, amorphum; ex parte etiam ſubſtratoſum; fractura recente, vitri inſtar nitente; abiens ſuperficie ſua, tum et in cauitatibus, in cryſtallos homogeneas druſice aggregatas, inordinato polyedras; fruens ſinu ſuo galenam plumbi ſolidam areis magnis micantem, fatiſcentem ex parte in ochram plumbi atram, opacam, cohaerentem, intra digitos

tamen

tamen facile friabilem ad flammam fiſtulae ferruminatoriae ſuper carbone illico de ſe in plumbum regulinum fundendum. LXIV. Plumbum ſpatoſum flauum laminoſum; laminis ſpatoſo-plumbaceis percurrentibus calcareum aequabilem, ſolidum, impalpabilem, flauorufum, fractura arida argillae, opaca, non micante, nec ſquamoſa. LXV. Plumbum ſpatoſum obſolete flauens, ſolidum, ſtratoſum, ponderoſiſſimum, fractura vitrata nitente. LXVI. Plum- p. 9.
bum ſpatoſum ſaturo et obſcuro cerae flauae colore ponderoſiſſimum, nitens, ſubdiaphanum, magnis in fruſtis conglutinatum e meris laminis, lamellisque, et cryſtallis plumbaceo-ſpatoſis, feleniticis, cubicis, parallelopipediciſque, celluloſo-cauernoſum. LXVII. Plumbum ſpatoſum flauum ex parte lamelloſum, lamellis tetragonis, et octogenis vix lineam longis, latiſque; ex parte cryſtallinum. LXVIII. Pl. ſpatoſum cerae flauae colore ſemidia- p. 10.
phanum nitens cryſtallinum; cryſtallis magnis, cunei lati, in aciem acutiſſimam compreſſi, aut et ſilicum ſclopetariorum faciem et formam gerentibus. LXIX. Pl. ſpatoſum flauum cruſtoſum; cruſta ſoli- p. 11.
da, craſſa, inaequali, concauo-connexa, vndata; fractura recente vitrata, nitente. LXX. Pl. ſpatoſum elegantiſſime aurantiaco-flauum, ſubdiaphanum, reſplendens, cryſtallinum. LXXI. Pl. ſpatoſum ob- p. 12.
ſoleto cerae flauo-rufae colore, nitens, ſemidiaphanum, cryſtallinum. LXXII. Pl. ſpatoſum flauum, diaphanum, partim granulare, partim cubico-cryſtallinum microſcopium, partim et lamelloſum. LXXIII. Pl. ſpatoſum ſaturate rubro aurantiacum, ſubdiaphanum, nitentiſſimum, lamelloſum. LXXIV. p. 13.
Pl. ſpatoſum rubro-aurantiacum rubrumque ſubdiaphanum, cryſtallinum. LXXV. Pl. ſpatoſum obſcuro cerae flauae nitore ſubdiaphanum, nitens, cryſtallinum. LXXVI. Pl. ſpatoſum ſaturate aurantiacum, ſe- p. 14.
midia-

midiaphanum, nitens, cryſtallinum. LXXVII. Pl. ſpatoſum aurantiacum, ſemidiaphanum, reſplendens,
p. 15. cryſtallinum. LXXVIII. Pl. ſpatoſum diluto ſulphuris colore, opacum, nitens, cryſtallinum. LXXIX. Pl. ſpatoſum partim aurantiacum, partim citrinum,
p. 16. ſemidiaphanum, reſplendens, cryſtallinum. LXXX. Pl. ſpatoſum partim ſaturo partim emoriente iam cerae flauae colore, ſemidiaphanum, nitens, cryſtalli-
p. 17. num. LXXXI. Pl. ſpatoſum nigrum, opacum, ſolidum amorphum, eroſocauernoſum, ponderoſiſſimum.
p. 18. LXXXII. Pl. ſpatoſum aurantiacum, ſemidiaphanum, ſplendentiſſimum, cryſtallinum. LXXXIII. Pl. ſpatoſum dilute citrinum, diaphanum, nitens, lamelloſum. LXXXIV. Pl. ſpatoſum flauum, partim quadrato-
p. 19. lamelloſum, partim cubico-cryſtallinum. LXXXV. Pl. ſpatoſum flauens, partim ſolidum et ſpatoſum, partim cryſtallinum. LXXXVI. Pl. ſpatoſum flauum, cryſtallinum. LXXXVII. Pl. ſpatoſum flauum, partim
p. 20. lamelloſum, partim cryſtallinum. LXXXVIII. Pl. ſpatoſum aquoſiſſime topazium, et ex topazino albeſcens, pellucidum, nitens, lamelloſum. LXXXIX. Pl. ſpatoſum aquoſe topazinum, et albeſcens, pel-
p. 21. lucidum, nitens, quadrato lamelloſum. XC. Pl. ſpatoſum dilute topazinum, albenſque pellucidum, nitens, lamelloſum. XCI. Pl. ſpatoſum cryſtallinum excolor, pellucidum, partim ex ſuperinducta galena plumbi ſuperficiali, metallicolor, reſplendens et diaphanum. Cryſtallis maiuſculis ex parte inordinate polyedris; ex parte etiam ſat ordinate figuratis, diuerſimode tamen polyedris; cuius varietates verboſius cum characteribus commemorantur.

p. 24. 2. NIC. IOS. IACQVIN *Valeriana Celtica.* Cuius ſynonymia primum proponitur ſc. V. foliis integerrimis, radicalibus ouatis; caulinis linearibus, obtuſis. V. Alpina paruo nardo Celticae ſimilis inodora. Nardus Celtica. Nardus Celtica Dioſc. Nardus Alpina

pina ſ. Celtica. Nardus Celtica altera. Spica altera, p. 25
faſtigiato floſculorum ordine a praecedente differens, Spica Celtica. Accuratiſſimam huius plantae deſcriptionem ac delineationem debet Cl. Wulfen. *Radix* perennis, teretiuſcula, oblique horizontaliter ſerpens, ipſa aquoſe luteola, ſed inuoluta ſquamis fuſcis imbricatis, perichaetiorum inſtar ex emarcidis foliorum annotinorum reliquiis, ſegetem integram radicularum copioſiſſimam, praelongarum et iterato ramoſarum, aquoſe itidem luteolarum, funiculorum ad inſtar, recta demittens, piper vehementiſſime ad capitis dolores uſque redolens. Tali e radice multicipite integer quandoque ceſpes foliorum radicalium et caulium complurium enaſcitur. *Folia radicalia* craſſiuſcula et carnoſa, oblongo-obouata, in petiolum decurrentia, integerrima, glabra, ſupra nonnihil nitentia, ac ſaturatiſſime viridia, ſubtus pallidiora. *Caules* ab vno ad quinque pollices alti, p. 26.
recti, teretes, ſtriati, glabri; paulo ſupra baſin foliis binis radicalium ſimillimis coniugatis, et baſi connatis inſtructi; tum in medio pari altero foliorum etiam connatorum, ſed linearium, elongatorum apiceque obtuſorum. Reliqua vero folia et ipſa linearia, oppoſita et baſi connata, multo tamen breuiora, occurrunt praeciſe in ſpica florum corymboſa, magis magiſque breuiora, quo magis ſuperiora. *Pedunculi* axillares, tandem foliis ſubiectis longiores, nudi, apice corymboſi ſimulque dichotomi, ſuperiores ſucceſſiue magis pauciflori, imo in ſummis etiam vniflori. *Flores* omnes hermaphroditi. *Germen* inferum, obuerſe velut pyramidatum ſ. turbinatum, laeue, ſtriatum, intra bracteolas minutas ſeſſile, apice marginali annulo coronatum, ex pappo primum ſurſum reuoluto, dein maturitate in coronam concauam ſe explicante. *Calyx* nullus. *Corolla* ſupera, monopetala, tubuloſe infundibuliformis,

mis, breuiter pedicollata cum gibbo nectarifero breuiſſimo laterali, triſte lutea, fauce hiante et limbo quinquepartito, laciniis ouato-acutis, ſubtus pallide rubentibus. *Stamina* tria, fauci inſerta, non excedentia lacinulas corollae, vna cum *antheris* flaua. *Stylus* ſimplex, fauce longior. *Stigma* craſſiuſculum. *Semen* coronatum pappo plumoſo explicato. Tota quidem planta, praeſertim contrita, aromatico piperis odore, ſed radix vehementiſſime pollet. Explicationem iconis Wulfeniae ſimul addidit, quam autem praeterimus cum abſque figura aeri inciſa
p. 27. non intelligatur, addimus tantum WVLFII animaduerſionem: Talem enim plantam, qualem CLVSIVS exhibuit, et SCOPOLIVS refert, pedunculis verticillatis vel ſubuerticillatis ſe nuſquam deprehendiſſe fatetur; Valerianarum enim genus pedunculos praeciſe oppoſitos affectare videtur. Nuſquam ipſi obuia facta eſt in Carnioliae Alpibus; neque in Carcathiae montibus altiſſimis, tantum in iis Alpibus ipſi occurrit, a quibus calcareus lapis exulat, quaeque ſa-
p. 28. xis conſtant compoſitis. De iconibus autem exhibitis iudicat paucos illam vidiſſe vivam. MATTHIOLI icon ad exemplar ſiccum expreſſa radicem, folia, ſtirpem, optime exprimit; ſed caulis fictitius eſt. CLVSIVS habitum optime expreſſit, quam iconem repetiit GERARDVS, et dein eam inuerſam I. BAVHINVS et CHABRAEVS. CAMERARIVS optime etiam delineauit, forte mutuatam a GESNERO, a MORISONO tandem repetitam. Eandem denuo, ſed inuerſam, et pedunculis lateralibus, male duntaxat vnifloris, donatam LOBELIVS delineauit. TABERNAEMONTANVS tribus iſtiusmodi caulibus plantam onerauit. PLVK-
p. 29. NETIVS propriam concinnauit, nec optimam. Quoad patriam illa ſemper Alpina eſt. CLVSIVS eam copioſe naſci ait in Iudenburg. WVLFEN in Styria, Tyroli, Principatu Saliſburgenſi et in Carinthia, HALLERVS

in

in Heluetiae variis Alpibus et Alpibus Valeſiae plerumque ad Italiam vergentis, aliiſque montibus. SEGVIERVS copioſe in montibus Leſſiuicis in iugis Baldi et Alpibus Italiam a Germania ſeiungentibus. ALLIONIVS in paſcuis Alpium editiorum di Lanzo et Viu in monte Coniſio, Alpibus ſummis Valdenſium, illis ad Locanam; Courmajour vallis Auguſtae praetoriae et Graſſonei. I. BAVHINVS in montoſis Genuenſibus, Liguriaeque Alpibus ſterilibus. CAESALPINVS in Iſtria, Styria et Liguria. CAMERARIVS in montibus Valeſiae ſuperioris prope Sedunam. MATTHIOLVS in Alpibus Liguriae, Iſtriae, Carinthiae et Styriae. SCAPOLIVS in Alpibus Carnioliae non frequentem. Noſter in Auſtria et Villars in Delphinatu. Analyſis autem Chemica radicis, quae ſola in vſum trahitur, haec docuit Noſtrum. Illa etiam negligenter aſſeruata, odoris ſaporiſque tenax eſt, aqua deſtillata cum illa lacteſcit, odorem plantae validiſſime ſpirat, gaudetque ſapore non grato. Cohobata oleum aethereum abunde praebet, acre, amoenoflauum, vix ſe ſuper aqua extendens, ſed guttatim cohaerens, partim aqua ſpecifice leuius, partim vbique per aquam ſuſpenſum, atque ex hac vix ſeparandum, quod, prouti aqua in excipulo adſcendit, huius adhaereat firmiter parietibus; et oleum nullum aethereum habet ſibi ſimile. Decoctum amarum ingratumque eſt, et multum de odore plantae retinet. Extractum nigrum, amarum, ingratum, ad vnum granum aſſumtum, obviuntibus ingrato odore ſe manifeſtat. Deſtillata per ſe ex retorta dat phlegma aquoſum cum ſpiritu rectore, laticem acidum, et oleum empyreumaticum nigrum, ſpiſſumque. Vſta ſoluitur in cineres, qui ex quatuor vnciis radicis enati, elixando dimiſerunt grana ſex ſalis alcalini fixi vegetabilis, relictis terrae calcareae drachmis duabus cum viginti quinque granis. Ex vnciis de-

p. 30.

p. 31.

nique quatuor radicis, ope ſpiritus vini rectificati obtinentur longa digeſtione et ſubſecuta euaporatione drachmae ſex extracti ſpirituoſi. Vſus tandem pro more regionum varius eſt, in Styria quotannis magna copia eruitur. Iudenbergenſes magnos faſciculos mercatoribus, in Syriam et Aegyptum mercimonia conuehentibus, vendunt; ſiquidem Syriis et Aegyptiis celtica nardus maxime expetitur, vt balneis eam imponant. WVLFEN refert in ſua regione eius vſum eſſe exiguum, ibi enim in faſciculos colligitur, et ad arcenda inſecta adhibetur; aut ſuffimenti loco, plerumque a pauperculis, etiam ad infirmorum lectos, ſed odor eſt intolerabilis, efficitque capitis dolores. Graeci mercatores aulae Vindobonenſi duo aut tria millia florenorum quotannis pendunt pro privilegio excluſiuo, cum planta hacce in Turciam et ad Indos vſque commercium inſtituendi, atque eo fine ruſticos conducunt, quos Foſſores ſpicae dicunt, qui per Alpes Styriacas et Carinthiacas plantam eruunt, in faſciculos ligant, et pro librae demum pondere plantae ſiccae, ſemialterum aut duos crucigeros obtinent. Faſciculis his ingentia onerantur dolia, quorum ad tricena quouis anno Tergeſtum, ac inde vltra trans mare mit-
p. 32. tuntur. Odor multo vehementior, quam Valerianae vulgari, vires ex mente HALLERI promittit maiores, vnde ad neruorum inſtabilitatem, prouti valeriana ſilveſtris adhibenda, et magis valet. GEOFFROY vires eaſdem cum ſpica Indica ſtatuit; maiore tamen cum vtilitate in vrina cienda, ventriculo roborando, et flatibus diſcutiendis adhibetur. LINNAEUS illi virtutem antiſpaſmodicam, diureticam et anthelminticam tribuit. Hodie in Europa fere neglecta eſt, uſurpatur tamen in Theriaca et in puluere ſpecierum hierae pierae. Si DIOSCORIDIS deſcriptionem Nardi Celticae conſulimus, videtur ille de noſtra

planta

planta agere. Hanc autem intelligere ſub ſaliunca ſua non potuit VIRGILIVS, qui cum roſeto comparans loqui debuit de plantula apud Romanos vulgo obuia et notiſſima, nec de tali, quae ſola ad Alpium niues creſcit.

3. NIC. IOS. IACQVINI Obſervationes botanicae continuatae poſt. Vol. 2. Miſcell. auſtriac. p. 379. p. 33.

Paucis eadem notabimus. LXIII. *Potentilla opaca*, quam Hallerus cum ſua fragaria confudit. LXIV. *Lonicera Tatarica*. LXV. *Aquilegia viridiflora*. LXVI. *Sambucus racemoſa*. LXVII. *Stachis Canarienſis*. Semina huius plantae a FRC. MASSON ex inſulis Canarienſibus accepit, atque rariſſimas plantas in horto produxit, quae aeſtatem ſub dio, hiemem in tepidario tranſigunt. Ex radice perenni et ramoſa caules plures annuatim attollantur bipedales, baſi adſcendentes, caeterum erecti, acute tetragoni, virentes, pilis albis hirſutiſſimi et ramoſuli. Folia ſunt oppoſita, petiolata, cordata, obtuſa, crenata, venoſa, inodora, vtrinque villis vix conſpicuis mollia, petiolo hirſuto. Folia ſuperiora magis ſunt oblonga et acutiora; ſumma lanceolata et acutiſſima. Verticilli ſexflori. Flores ſeſſiles, parum, ſed non ingrate odorati. Calyx villoſulus viret; laciniis lanceolatis. Corollae roſeopurpureae labium ſuperius eſt integerrimum. Labii inferioris diſcus ſupra faucem pallet cum punctis purpureis adſperſis. Antherae ex fuſco luteolae ſunt. Calyx in fructu augetur, et euadit campanulatus cum limbo patente. Reliqua ad amuſſim ſunt ad characterem LINNAEI. LXVIII. *Sida Carpinifolia*. Ipſius MASSONIS titulum haec planta habet, quam in Madera detexit, ibidemque in hortis monaſterii ad St. Franciſcum. LXIX. *Myagrum arboreſcens* in rupibus vmbroſis Teneriſae a MASSONE detectum. LXX. *Cytiſus tener*. *Cal.* Perianthium monophyllum, tubuloſum, erectum, acutum, bila-

p. 35. p. 37. p. 38. p. 39. p. 40.

biatum; labio ſuperiore bidentato, profunde ſecto, laciniis lanceolatis, inferiore tridentato, dentibus ſubaequalibus. *Cor.* Papilionacea, petalis omnibus aequalibus. Vexillum ſubrotundum, emarginatum, amplum, totum ad angulum acutum ex calyce patens, lateribus tandem parumper reflexis, vngue longitudine calycis. Alae oblongae, obtuſae, erectae, laxae, a filamentis liberae. Carina dipetala, erecta, alis ſimilis, ſed paulo anguſtior. *Stam.* Filamenta decem, diadelpha; ſimplex et nonemfidum vix ad dimidias connatum; ſitu erecto Antherae ſimplices, oblongae. *Piſt.* Germen ſubulatum, hirſutum. Stylus filiformis, glaber, erectus, ſuperne inflexus. Stigma ſimplex. *Per.* Legumen oblongum, acumi-
p. 41. natum, compreſſe-planum. *Sem.* Pauca, rotundato-reniformia, compreſſa. LXXI. *Sinapis millefolia.*
p. 42. LXXII. *Caſſia multiglanduloſa*, quam MASSON Caſſiam nouam, Noſter multiglanduloſam appellat a nume-
p. 43. ro glandularum. LXXIII. *Caſſia ruſcifolia.* Semina in Maderae rupibus a MASSONE collecta fuere. Nomen triuiale illi indidit Noſter a ſimilitudine aliqua fo-
p. 44. liorum cum Ruſci aculeati foliis. LXXIV. *Chryſocoma*
p. 45. *dichotoma.* LXXV. *Echium candicans.* LXXVI. *Plantago Aegyptiaca*, quam ſquarroſam LINNAEUS appellat.
p. 46. LXXVII. *Dolichos Soia.* LXXVIII. *Mimoſa ſpecioſa.*
p. 48. Floris charactere hoc gaudet: *Cal.* Perianthium monophyllum, tubuloſum, erectum; limbo quinquefido, acuto. *Cor.* monopetala, infundibiliformis, calyce triplo longior, ad vnam tertiam quinquefida; laciniis lanceolatis, acutiuſculis, erectis. *Stam.* Filamenta circiter viginti, capillaria, omnium longiſſima, erecta, baſi connata in cylindrum, orta ex receptaculo communi. Antherae geminae, inſidentes puluinar proprio in apice filamentorum. *Piſt.* Germen oblongum, compreſſum, glabrum. Stylus capillaris, erectus, ſtaminibus longior. Stigma

ſim-

ſimplex, obtuſum. LXXIX. *Sida atroſanguinea.* Sidae paniculatae non eſt affinis, potius propius ad Sloaneanam Sidam viſcoſam accedit, deſideratur tantummodo in illa, viſcoſitas, nec aurantiaci ſunt flores. LXXX. *Solanum marginatum.* LXXXI. *Solanum fuſcatum.* LXXXII. *Scorzonera Taraxacifolia.* LXXXIII. *Lactuca intybacea.* LXXXIV. *Verbeſina gigantea.* Cuius character fructificationis eſt: *Cal.* communis oblongus, imbricatus; ſquamis plurimis, anguſte lanceolatis, erectis, compactis, concavis, pleriſque aequalibus. *Cor.* compoſita, radicata. Corollulae hermaphroditae plus minus decem in diſco. Feminea vnica in radio. Propriae hermaphroditis infundibuliformes; calyce paulo longiores; limbi quinquefidi, laciniis lanceolatis, acutis, patentiſſimis. Femineae lingulata; limbi trifidi laciniis linearibus potentiſſimis, omnibus extrorſum verſis. *Stam.* hermaphroditis. Filamenta quinque, capillaria, breuiſſima, Anthera cylindrica, tubuloſa. *Piſt.* hermaphroditis et feminae. Germen ouale compreſſum, muricatum, ex vno latere Scabro - ariſtatum. Stylus filiformis, longitudine ſtaminum. Stigmata duo, ſubulata, reflexa. *Per.* nullum. Calyx immutatus. *Sem.* hermaphroditis et feminae ſolitaria, figura germinis vniariſtata. Pappus alius nullus. *Rec.* paleaceum. Palea vnicuique flori aſſidet ex regione ariſtae lanceolata - oblonga, concaua, acuta, ciliata, longitudine calicis. LXXXV. *Albuca Abyſſinica.* LXXXVI. *Carduus Arabicus.* LXXXVII. *Euphorbia Characias.* LXXXVIII. *Euphorbia diuaricata.* LXXXIX. *Malua ſcoparia.* Creſcit in inſula Domingo, vbi ab incolis *Herbe à Bolay* ſiue *Herba ſcoparia* vocatur. XC. *Orchis rubra.* XCI. *Ophrys crucigera.* XCII. *Orchis Moravica*, ſponte creſcit in Morauia. XCIII. *Scilla hyacenthoides.* XCIV. *Conuolvulus floridus.* XCV. *Rumex glaucus.* XCVI. *Caſſia chinenſis*

p. 49. p. 50. p. 52. p. 53. p. 55. p. 58. p. 60. p. 63.

ex tranſmiſſis e Pecking ſeminibus prognata. XCVII.

p. 65. *Liſianthus glaucifolius.* Character eſt: *Cal.* Perianthium perſiſtens, monophyllum. Tubus pentagonus, breuiſſimus. Laciniae ſubulatae, erectae, longitudine tubi corollae. *Cor.* monopetala, infundibuliformis. Tubus ſubcylindricus, baſi anguſtatus. Limbus quinquefidus, tubo longior; laciniis lanceolatis, acutis, planis, patentiſſimis. *Stam.* Filamenta quinque, filiformia, erecta, inſerta fundo tubi corollae. Antherae erectae. *Piſt.* Germen oblongum. Stylus filiformis, longitudine tubi corollae. Stigma bilamellatum, magnum, patens, obtuſum. *Per.* Capſula oblonga acuminata, ſubbilocularis, biualuis. *Sem.* numeroſiſſima, minuta. XCVIII. *Stellera paſſerina* in Auſtriae aruis creſcens. *Cal.* nullus. *Cor.* monopetala, oblonga, baſi ventriculoſa, perſiſtens. Tubus longiſſimus. Limbus quadrifidus; laciniis ouatis, concauis, obtuſis, erectis. *Stam.* Filamenta octo, breuiſſima, in ſumma parte tubi corollae. Antherae oblongae, erectae. *Piſt.* Germen lenticulare. Stylus filiformis, breuis, erectus. Stigma capitatum. *Per.* nullum. *Sem.* vnicum, ouatum, in mucronem obtuſum deſinens.

p. 66. XCIX. *Glycine Caribaea.* *Cal.* Perianthium monophyllum, compreſſulum, villoſulum; ore bilabiato et quinque dentato; dentibus omnibus acutis, intermedio labii inferioris productiore. *Cor.* papilionaecea. Vexillum obuerſe cordatum, planiuſculum, totum reflexum, emarginatum; vngue breui concauo. Alae oblongae, obtuſae, erectae, fere longitudine vexilli; vngue duplici. Carina dipetala, ſubfalcata, obtuſiſſima, ſuperne latior. *Stam.* Filamenta diadelpha (ſimplex et nouemfidum) Antherae ſimplices. *Piſt.* Germen oblongum, hirſutum. Stylus filiformis, glaber. Stigma obtuſum. *Per.* Legumen compreſſum, hirſutum, oblongum, ad futuram

turam interiorem in apicem mucronatum abiens. *Sem.* plerumque duo, oblonge reniformia nitida. C. *Crotalaria caerulea.* Cl. *Siſymbrium molle.* CII. *Siſymbrium Hiſpanicum.* CIII. *Siſymbrium Pononicum* ſponte in Hungaria creſcens. CIV. *Turritis hirſuta.* p. 71. CV. *Rubia fruticoſa*, creſcit in fruticetis inſulae Tenerifae. CVI. *Citharexylum villoſum*, in Inſula Domingo, totus character et magnitudo congenerum eſt. CVII. *Echites Domingenſis.* Summa inter- p. 73. cedit affinitas cum Echite ſuberecta in floribus et foliis; ſed in caule non minus diſcrimen eſt. CVIII. *Ruta legitima.* Creſcit in Hiſpania, Portugallia, et Aquitania. CIX. *Caſſia Sennoides.* Caſſia Sennae eſſe nequit, quae annua eſt, haec autem in caldario ſemperuirens laetiſſime vegetat. CX. *Orchis paluſtris.* p. 75. CXI. *Panicum maximum*, in inſula Guadeloupe ſponte creſcit. CXII. *Cacalia laciniata.* CXIII. *Solanum corymboſum.* p. 78. In Peruuia ſponte naſcitur, habitu ſolani Dulcamarae. Tota planta inermis eſt. CXIV. *Oſteoſpermum caeruleum*, creſcit ad promontorium Bonae ſpei. CXV. *Galega ochroleuca*, creſcit in caldario primo vere. CXVI. *Ciſtus Creticus.* p. 81. CXVII. *Crepis albida*, planta tota viſcoſula, pilis breuiſſimis albidis et capitatis hirtula, lacteſcens, ſaporis amari atque ingrati. CXVIII. *Hibiſcus praemorſus.* CXIX. *Caſſia criſta*, ſponte creſcit in Florida. CXX. *Plantago maxima*, creſcit ſub dio. CXXI. p. 83. *Sonchus fruticoſus*, a Cl. MASSON in rupibus inſulae Tenerifae detectus, vbi ab incolis *Lechuga de paſtor*, ſiue Lactuca paſtorum vocatur. Tota planta lacte amaro abundat. CXXII. *Geranium reuolutum.* Africa patria eſt. CXXIII. *Geranium glutinoſum*, etiam ex Africa translata. CXXIV. *Agroſtis tenaciſſima*, creſcit in inſulis Caribaeis. CXXV. *Medicago Carſtienſis.* Cl. p. 86. BRVSATI eandem in montibus Carſtienſibus Croatiae ſponte creſcentem detexit. CXXVI. *Aſtragalus*

p. 88. *kians.* CXXVII. *Geum Aleppicum*, cum geo vrbano congruit habitu, tota planta pilis albidis eſt hiſpidula. CXXVIII. *Gorteria aſterioides.* CXXIX. *Zoegea Aleppica.* CXXX. *Centaurea Verutum.* Palaeſtina patria eſt. In hortis noſtris ſponte quotannis renaſcitur. CXXXI. *Auena ſterilis.* In Africa ſponte creſcit.

p. 92. CXXXII. *Geranium tetragonum*, inter elegantiores Geranii ſpecies numerari meretur. Ex Africa eſt. CXXXIII. *Schotia ſpecioſa. Cal.* Perianthium monophyllum, ſemiquinquefidum, coloratum, inferum, Tubus turbinatus, compreſſulus, carnoſus, perſiſtens. Laciniae ouatae, concauae, obtuſae, erectae, deciduae, longitudine aequales, lateribus mutuo parumper incumbentes. *Cor.* Petala quinque, tubo calicis impoſita, oblonga, concaua, obtuſa, erecta, aequalia, lateribus mutuo incumbentia, vnguibus vix vllis donata, laciniis calycinis duplo longiora. *Stam.* Filamenta decem, ſubulata, erecta, petalis paulo longiora, tubo calycis in orbem inſerta. Antherae oblongae, incumbentes. *Piſt.* Germen oblongum, compreſſum, longo et filiformi pedicello ex fundo calycis ortum. Stylus filiformis, longitudine ſtaminum. Stigma ſimplex, obtuſum. *Per.* Legumen? pedicellatum... Arbuſcula haec in horti Caeſarei Schoenbrunnenſis tepidario menſe Octobri copioſe et elegantiſſime floret, nouumque genus conſtituit, quare Noſter nouum illi nomen dedit, deſumtum a V. egregio RICH. *van der* SCHOT, hortulano aulico hortique Caeſarei Schoenbrunenſis praefecto, BOERHAAVIUS afram dicit, quia ex Africa habuit. LINNAEUS pro patria adſignat Aethiopiam et Chinam. CXXXIV. *Andromeda lucida.*

p. 94. CXXXV. *Solanum Lycioides.* CXXXVI. *Tournefortia cymoſa.* In Inſulis Caribaeis ſponte creſcit.

p. 97. CXXXVII. *Fothergilla Gardena.* CXXXVIII. *Artemiſia Hiſpanica.* Tota glabra eſt, odoris expers, et

et fere inſipida, floribus exceptis, qui praeter lenem odorem ſapore gaudent tandem vrente. CXXXIX. *Ciſtus Syriacus.* CXL. *Phyſalis proſtrata.* Planta annua, caule ramoſiſſimo diffuſo, villoſo et proſtrato, in Peruuia ſponte creſcit. CXLI. *Tragopogon porrifolius.* Habitus affinium. p. 99. CXLII. *Solanum aculeatiſſimum.* Patria in Zona torrida eſt. Solano Campechiano valde affine, vere tamen diuerſum. CXLIII. p. 101. *Hyptis verticillata.* Creſcit in S. Domingo. *Cal.* Perianthium turbinatum, ſemiquinquefidum, perſiſtens; laciniis lanceolatis, acutis, aequalibus, erectis. *Cor.* monopetata, bilabiata. Tubus infundibuliformis, longitudine calycis. Faux ampliata. Limbus patentiſſimus, reſupinatus. Labium ſuperius trifidum, ſitu inferius; laciniis lateralibus ouatis, acutulis, planis; intermedia ſubrotunda, crenulata, concaua, galeata. Labium inferius ſemibifidum, ſitu ſuperius; laciniis ſemiouatis, acutiuſculis, planis. *Stam.* Filamenta quatuor, ſubulata, erecta, hirſutula, quorum duo longiora. Antherae didymae, dependentes. *Piſt.* Germen quadrifidum. Stylus filiformis, longitudine ſtaminum. Stigma bifidum, acutum, patens. *Per.* nullum. *Sem.* quatuor, in fundo calycis. CXLIV. *Hyphis capitata.* Sponte creſcit in inſula S. Domingo. *Cal.* Perianthium turbinatum, ſemiquinquefidum, perſiſtens; laciniis linearibus lanceolatis, acutis, ſubaequalibus, erectis. *Cor.* monopetala, bilabiata. Tubus infundibuliformis, in faucem ampliatus, ſic calyce longior. Limbus patentiſſimus, etiam ſaepe reflexus, reſupinatus. Labium ſuperius trifidum; laciniis lateralibus oblongo-ouatis, planis, acutis; intermedia concaua, galeata, obtuſa. Labium inferius, ſitu ſuperius, ſemibifidum; laciniis ouatis, planis, acutis. *Stam.* Filamenta quatuor, ſubulata, erectiuſcula, quorum duo longiora, Antherae didymae, p. 102.

dymae, dependentes. *Piſt.* Germen quadrifidum. Stylus ſubulatus. Stigma ſimplex, acutum. *Per.* nul-
p. 104. lum. *Sem.* quatuor, in fundo calycis. CXLV. *Euphorbia clauа.* Habitat ad promotorium bonae ſpei. Tota inermis et glabra lacte niueo abundans. CXLVI. *Robinia veſicaria.* Creſcit in Floridа, ad nullum genus aptius reduci poteſt, quam ad Robi-
p. 106. niam. Character fructificationis eſt: *Cal.* Perianthium monophyllum, infundibuliforme, compreſſulum, bilabiatum, quinquedentatum; denticulis acutis, duobus labii ſuperioris per ſinum exſciſſum diſſantibus. *Cor.* papilionacea. Vexillum late rotundatum, ſic vt lateraliter conſpectum euadat reniforme, emarginatum, planiuſculum, totum reflexum, vngue longitudine calycis. Alae oblongae, obtuſae, ex vngue erecte adſcendentes, ſuperne patulae, longitudine vexilli. Carinа falcata, acuta, longitudine et ſitu alarum. *Stam.* Filamenta decem, diadelpha (ſimplex et nouemfidum) ſitu carinae. Antherae oblongae. *Piſt.* Germen oblongum, compreſſum, pedicellatum. Stylus adſcendens. Stigma capitatum. *Per.* Legumen oblongum, longe pedicellatum, vtrinque acuminatum, compreſſum, inflatulum, ad ſemina torоſum, vniloculare, biualue. *Sem.* plerumque duo, elongato-reniformia, teretiuſcula. CXLVII. *Poa Peruuiana.* CXLVIII.
p. 107. *Paſſiflora incarnata.* CXLIX. *Eupatorium ſcandens.* Inter tropicos in America, ad in adiacentibus ſeptentrionalibus prouinciis ſponte creſcit. CL. *Diodia*
p. 109. *Virginica. Cal.* Perianthium triphyllum, rarius diphyllum, ſuperum, perſiſtens; foliolis lanceolatis, acutis, longitudine inaequalibus, erectiuſculis. *Cor.* monopetala, infundibuliformis. Tubus gracilis, longitudine calycis, aut longior. Limbus quadripartitus, patentiſſimus, interne hirſutus; laciniis lanceolatis, obtuſiuſculis, tubo breuioribus. *Stam.* Fi-

lamen-

lamenta quatuor, capillaria, erecta, ſuperiori parti tubi corollae inſerta, corollae fere longitudine. Antherae lineares, incumbentes. *Piſt.* Germen inferum, ouatum, obtuſum, compreſſum. Stylus capillaris, erectus, longitudine fere ſtaminum. Stigmata duo, patula, filiformia. *Per.* Fructus ouatus, ſtriatus, coronatus calyce emarcido, longitudinaliter ſeparabilis in capſulas duas vniloculares, ſicco-carnoſas, foris conuexas, intus planas. *Sem.* ſolitaria, ſublinearia, nitida. CLI. *Phleum aſperum.* Hoc gramen quibuſdam in Europae prouinciis ſponte obuium, iam pluribus abhinc annis in hortis botanicis colebatur ſub nomine Phalaridis aſperae, genuina tamen Phlei ſpecies. CLII. *Phleum ſchoenoides.* p. 111. Calyx a Phleis abludit, et omnino Alopecuri eſt; at reliqua ſic phleum indicant, vt, niſi huic adſocietur, nouum conſtituat genus. In Hiſpania et Italia ſponte creſcit. CLIII. *Paſpalum virgatum.* Sponte et paſſim creſcit in inſulis Caribaeis, a Gallis vocatum *Herbe à oiſeaux*, ſ. herba auicularis, forte ob ſemina ab auiculis expetita. CLIV. *Schoenus vmbellatus.* p. 113. Habitu cum ſcirpo Luzulae congruit. Creſcit in Carolina. CLV. *Dolichos acinaciformis.* LINNAEI *Dolichos enſiformis*, caule ſtans ſuberecto. Haec genuina SLOANEI et BREWNEI planta in Caribaeis inſulis iſt, in Martinica credita venenata, legumine pedali, feminibuſque albis. Vocatur *Pois de ſable* ſ. phaſeolus arenarius. Tota planta glabra eſt. CLVI. *Boletus cinnamomeus*, a ni- p. 116. tidiſſimo cinnamomi colore dictus, totus cinnamomeus etiam in ſubſtantia interna. Creſcit in agro Vindobonenſi inter muſcos in humo vda. CLVII. *Lichen perforatus*, cuius patria Penſyluania eſt. Singulariſſimum in hoc eſt, quod in locis vbi peltae oriuntur, tota lichenis ſubſtantia ſic eleuetur, vt dorſum lichenis inuerſi depreſſionibus infundibuliformi-

formibus refertum conſpiciatur. Harum autem eleuationum apex ſponte rumpitur in os hians et rotundatum, quod baſin peltae conſtituit, ita vt in omnibus peltis acui, aut etiam in maioribus ſtramini intruſo tranſitus pateat per tranſuerſum lichenem.

p. 117. CLVIII. *An lichenis Chryſophthalmi varietas?* Etiam hic ex Penſyluania eſt et nullus poſt RICHARDSONEM elegantem hunc lichenem inuenire potuit.

p. 119. CLIX. *Camellia Iaponica.* CLX. *Dracocephalum Auſtriacum.* CLVSIVS primus ſpecioſam plantam in Auſtria detexit. Ante duos annos NIC. HOOST vltra Petersdorf in monte ſaxoſo detexit, inque hortum Botanicum introduxit. Eodem tempore IAC. IOS. WINTERLE in Hungaria ſponte creſcentem, et NORBERTVS BOCCIVS circa Temeſwaricam in Da-

p. 121. cia vidit. CLXI. *Aſplenium anguſtifolium.* Ad fretum Magellanicum arboribus paraſiticum innaſcitur, radice atra et fibroſa. CLXII. *Trichomanes Canarienſe.* CLXIII. *Lycoperdon peculiforme.* Valde accedit ad Lycoperdon penicilliforme Florae Dani-

p. 124. cae. CLXIV. *Hibiſtus Virginicus.* Differt a pentacocco ſtatura, tempore florendi, floribus ſummis longo racemoſis, foliis magis acuminatis. CLXV. *Ipomaea hederacea.* Annua planta in Americae Zona torrida creſcens. CLXVI. *Croton glanduloſum.* Annua planta creſcit in Iamaica et Florida. Apud nos ſub dio floret Auguſto et Septembri; fructum dans

p. 126. Octobri; vtrumque praecocius in caldariis. CLXVII. *Begonia minor.* Sponte creſcit in inſulis Caribaeis. Flores charactere gaudent ſequenti; maſculini et feminei mixti in iiſdem racemis. *Maſ. Cal.* nullus. *Cor.* Petala quatuor patentiſſima, obtuſa, planiuſcula; quorum duo oppoſita fere ſubrotunda; alia duo oblonga multoque anguſtiora; ſed omnia eiuſdem longitudinis. *Stam.* Filamenta circiter viginti quinque, ſubulata, erecta, breuia. Anthe-

rae

rae lineares, erectae. *Pist.* nullum. *Fem. Cal.* Perianthium inferum, diphyllum, laxum; foliolis late subrotundis, obtusis, planis, oppositis, germine breuioribus, deciduis. *Cor.* Petala quinque, supera, ouata, obtusa, plana, patentissima, magna; quorum duo a se inuicem magis diuergentia, latiora, tribus reliquis; infimum paulo breuius. Atque hoc in corolla clausa conniuendo reliqua sibi mutuo applicata amplectitur. *Stam.* nulla. *Pist.* Germen trialatum, ala vna maxima. Styli tres, breues, crassi. Stigmata bipartita, spiraliter torta. *Per.* Capsula in tres alas inaequales et membranaceas excurrens. Species sunt 1) *Begonia ferruginea.* 2) B. *grandifolia* 3) B. *minor* 4) B. *acutifolia* 5) B. *glabra* 6) B. *Malabarica* 7) B. *vrticae*, 8) B. *hirsuta* 9) B. *Cupensis.*

CLXVIII. *Terminalia catappa* Hermaphroditum so- p. 130.
lum descripsit, cum ab hoc mas discrepet solius defectu germinis, nam et stylum habet. *Cal.* Perianthium monophyllum, superum, semiquinquefidum, patentissimum, crassatum, intus albidum, foris virens; laciniis semiouatis, acutiusculis, planis, fundo hispido et ferrugineo. *Cor.* nulla. *Stam.* Filamenta decem, subulata, alba, calyce longiora; quorum quinque ante lacinias calycis posita eriguntur, reliqua cum iisdem alternantia adscendunt. Antherae subrotundae flauent. *Pist.* Germen inferum, obuersa eleuatum, villosulum. Stylus filiformis, erectus, longitudine staminum. Stigma simplex, obtusum. *Per.* Drupa oualis, cymbaeformis; superne depressa et bisulcata. *Sem.* Nux ouali-oblonga, biualuis. Nucleus oblongus, teres. CLXIX. *Saluia Abyssinica* CXXX. *Prunus Chamaecerasus.* CLXXI. p. 132.
Phaseolus semierectus. CLXXII. *Euphorbia linifolia.* Tota lacteſcit. CLXXIII. *Senecio rosmarinifolius.* Ad promontorium Bonae spei crescit. CLXXIV. *Cassiflora rubra.* Sponte crescit in Insulis Caribaeis et

Con-

p. 237. Continente adiacente. CLXXV. *Clematis anguſtifolia.* CLXXVI. *Nerium coronarium.* Arbuſcula elegans, ramoſa, quadripedalis, lacteſcens, cortice cinereo. *Cal.* Perianthium inferum, penthaphyllum minimum. Foliolis lanceolatis, acutis, concauis, erectis. *Cor.* monopetala, infundibuliformis. Tubus inferne pentagonus, ad altitudinem calycis parumper in collum coarctatus, dein teres. Limbus planus, patentiſſimus, longitudine tubi, ſectus in tres ordines laciniarum, quemlibet quinarum, quae ſunt rotundatae, ſenſim ampliores, et criſpae. *Stam.* Filamenta quinque, ſubulata, breuia, erecta, in tubo corollae. Antherae oblongae, erectae. *Piſt.* Germen? Stylus filiformis, craſſulus, erectus, altitudine ſtaminum. Stigma longe cleuatum, obtu-
p. 139. ſum. Vel an hoc germen pedicellatum. CLXXVII. *Saluia ſpinoſa.* CLXXVIII. *Saluia ſerotina.* CLXXIX. *Piper medium.* Videtur medium inter Piper decu-
p. 141. manum et recticulatum. CLXXX. *Piper obtuſifolium.* Sponte creſcit in inſulis Caribaeis. CLXXXI. *Gaura fruticoſa.* Sponte creſcit in America meri-
p. 144. dionali. Tota glabra et inodora eſt. CLXXXII. *Coſtus Arabicus.* Fructificationis character. *Cal.* Perianthium ſuperum, monophyllum, tubuloſum, erectum, ſemitrifidum, perſiſtens; tubo compreſſo, trigono; laciniis ouatis, acutiuſculis. *Cor.* Petala tria, ſupera, lanceolata, obtuſa, concaua, baſi anguſtata, erecta, fere aequalia, calyce multo longiora, lateribus parumper ſibi mutuo incumbentia. Nectarium monophyllum, baſi tubuloſum dein bilabiatum, germini inſidens intra corollam. Labium ſuperius lanceolatum, acutum, breuius inferiori, eidemque incumbens. Inferius latiſſimum, rotundatum, rugoſum, margine criſpatum, propendulum. *Stam.* Filamenta nulla, niſi tale vnicum dicas labium nectarii ſuperius. Antherae geminae,

minae, longitudinaliter adnatae parti inferiori et ſuperiori labii ſuperioris nectarii, lineares, obtuſae. *Piſt.* Germen compreſſe trigonum, inferum. Stylus filiformis, altitudine antherarum, quas inter tranſit. Stigma bilobum. *Per.* Capſula ouata, triangularis, coriacea, coronata calyce, trilocularis, trivaluis, in angulis dehiſcens. *Sem.* plurima, angulata, nitida, ſub duplici ſerie longitudinali locata. CLXXXIII. *Teucrium Betonicaefolium.* Colitur in horto Caeſareo Schoenbrunnenſi. p. 145. CLXXXIV. *Daiſ laurifolia*, in Belgio ſub falſo Vaccinii titulo emta et in hortum Caeſareum Schoenbrunnenſem tranſmiſſa. *Cal.* nullus. *Cor.* Corolla monopetala, hypocrateriformis. Tubus inuolucro duplo longior, erectus, ſuperne parumper ampliatus. Limbus quinquefidus, tubo duplo breuior, patentiſſimus; laciniis anguſte lanceolatis, acutis, planis, aequalibus. *Stam.* Filamenta decem, ſubulata, erecta, ſupremae parti tubi corollae impoſita, duplicis ſeriei; quorum quinque alterna longiora extra faucem corollae eminent. Antherae ouatae, obtuſae, erectae. *Piſt.* Germen ſuperum, teres, glabrum, villis erectis coronatum. Stylus filiformis, erectus, ſtaminibus longior. Stigma capitatum, obtuſum. CLXXXV. *Reſeda mediterranea* p. 147. CLXXXVI. *Cynanchum obliquum.* Tota planta lacteſcit. CLXXXVII *Lychnis grandiflora.* CLXXXVIII. *Hibiſcus pentacarpos.* CLXXXIX. *Eryngium aquaticum.* p. 151. Creſcit in Mexico, Virginia, Carolina, etc. *Cal.* Receptaculum commune conicum; paleis floſculos ſeſſiles diſtinguentibus lanceolatis, acuminatis, integerrimis, concauis, fere longitudine floris. Inuolucrum receptaculi circiter octophyllum, planum, patentiſſimum, longitudine floſculorum, vel eos ſuperans; foliolis lanceolatis, acutis, concauis, erectis, corolla paulo breuioribus. *Cor.* vniuerſa-

lis, vniformis, hermaphrodita, fertilis. Pſopria pentapetala. Petala erecta lineari-oblonga, dorſo foris ſulco longitudinali notata, ad apicem criſpata, ad medietatem vſque erecta, dein parallele inflexa, atque ſic in medio per diſſepimentum tranſuerſum connata, vt erigi nequeant. *Stam.* Filamenta quinque, filiformia, erecta, petalis duplo longiora. Antherae ouatae, incumbentes. *Piſt.* Germen inferum, turbinatum, acute pentagonum, hiſpidum Styli duo, filiformes, patuli, longitudine ſtaminum. Stigmata ſimplicia. *Per.* Fructus turbinatus, triangularis, calyce et ſtylis coronatus, ſquamatus, bipartibilis. *Sem.* hinc plana, illinc angulata, dimidio calyce vnoque ſtylo coronata, extus et ad latera
p. 153. ſquamata. CXC. *Delphinium vrceolatum* cum Delphinio alato ſumma affinitate gaudet, primo tamen adſpectu diuerſum. CXCI. *Phlomis Caribaea*, in Martinicae vicinarumque Caribaearum aruis et herbidis ſiccis paſſim obuia eſt, annua; bipedalis, erecta et inodora. CXCII. *Iatropha goſſypifolia.* Fere per omnem Americam torridam locis glareoſis ſiccis ſoliſque ardori maxime expoſitis, cum in inſulis, tum in continente elegans haec arbuſcula creſcit, modo bipedalis, nonnunquam ad quinque pedes adſcendens. Foliorum decoctum ceu purgans in ventris conſtipationibus apud incolas in vſu eſt.
p. 156. Maſculi flores decidui. *Cal.* Perianthium fere ad baſin quinquepartitum; laciniis lanceolatis, acuminatis, planiuſculis, patulis, corollis ad vnam tertiam breuioribus. *Cor.* Petala quinque, patentia, paulatim dilatata, in laminam obuerſe ouatam obtuſam et apice reuolutam. Nectarii glandulae quinque, turbinatae, carnoſae, depreſſae, in receptaculo inter petala et ſtamina ſeſſiles. *Stam.* Filamenta octo, baſi connata omnia in vnum corpus, ſubulata, petalis breuiora, quorum quinque exteriora

riora ſuperne in orbem patula ſunt, reliqua tria interiora altius inter ſe coalita magiſque erecta. Antherae ouatae. *Piſt.* vt in hermaphroditis, ſed minimum, in fundo tubi filamentorum locatum et abortans. Hermaphroditi flores. *Cal.* Perianthium monophyllum, quinquepartitum; laciniis lanceolatis, acuminatis, patentiſſimis, corollam ſuperantibus. *Cor.* Petala quinque, lanceolata, vtrinque acuta, patentiſſima, ſuperne lateribus reuoluta. Nectarii glandulae quinque carnoſae, erectae, latiores quam longae, retuſae, intra petala poſitae, quibuſcum alternantur. *Stam.* Filamenta octo, libera, ſubulata, erecta, petalis breuiora. Antherae ouatae. *Piſt.* Germen ſubrotundum, obſolete triſulcatum. Stylus breuis. Stigmata tria patula, ſuperne bifida, obtuſa. *Per.* Capſula ſubrotunda, tricocca, etc. *Sem.* ſolitaria, oblonga. CXCIII. *Euphorbia heterophylla.* Specioſa haec planta copioſiſſime et ſponte in pratenſibus circa vrbem Hauanae in inſula Cuba prouenit, ſemper foliis diuerſis praedita, pedalis et ſeſquipedalis. Fructificationis character *Cal.* Perianthium monophyllum, tubuloſum, ventricoſum, quadridentatum, perſiſtens; dentibus trifidis, acutis, ciliatis, conniuentibus. *Cor.* Petalum vnicum, e regione germinis propenduli adeoque dorſo calycis inſidens, vrceolatum, ſed totum ſic ad calycem compreſſum, vt limbi orificii rimam duntaxat referat. *Stam.* Filamenta circiter quatuordecim, ſubulata, erecta. Antherae didymae, globoſae. *Piſt.* Germen glabrum etc. *Per.* Capſula tricocca, glabra, etc. *Sem.* ſolitaria. CXCIV. *Hieracium* ſaxatile, ab Hieracio porrifolio ſpecie diuerſum, et hieracio ſtaticifolio ALLONII, magis tamen cum eius glauco conuenit. CXCV. *Vitis vinifera.* Creſcit paſſim ſpontanea in ſyluaticis et fruticoſis Danubialibus, aeque in inſulis quam

p. 157.

p. 159.

p. 160.

ad vtramque ripam Auſtriae inferioris. CXCVI. *Portulacaria Afra.* Fructificationis charactere parum abludit a Turraeano. *Cal.* Perianthium diphyllum, perſiſtens, coloratum; foliolis ſubrotundis, concauis, obtuſis, patentiſſimis, oppoſitis. *Cor.* Petala quinque, obuerſe ouata, obtuſa, integerrima, ſuperne concaua, baſi lateribus mutuo incumbentibus et plana, patentiſſima, calyce fere triplo longiora, perſiſtentia. *Stam.* Filamenta quinque, ſubulata, breuiſſima, erecta, ſine reſpectu ad ſitum petalorum poſita ſic, vt duobus germinis lateribus accumbant gemina, tertio lateri vnicum. Antherae ouatae, erectae, vix pertingentes ad medium germen. *Piſt.* Germen ſuperum, trigonum, longitudine petalorum. Stylus nullus. Stigmata tria, patentiſſima, apice adſcendentia, per totam longitudinem, ſupra muricata. *Per.* nullum. Calyx et corolla, nunc erecta, baſin ſeminis arcte amplexantur. *Sem.* vnicum ouato-oblongum, obtuſum, alatotrique-
p. 162. trum. CXCVII. *Cyrilla racemiflora.* Creſcit ſponte in Carolinae pinetis humentibus. CXCVIII. *Lobelia ſiphilitica.* Sponte creſcit in Virginia, Penſyluania et Canada. *Cal.* Perianthium monophyllum, perſiſtens, ad baſin germini circumnatum, quinquepartitum; laciniis cordato-acuminatis, erectis, hiſpide ciliatis, lateribus ſinubuſque reuolutis. *Cor.* monopetala, tubuloſa, veluti bilabiata, dorſo per totam longitudinem fiſſa, tum per totam longitudinem praeterea tam facile et fere ſponte in tres partes abſque vlla vel minima laeſione ſeparabilis, vt aeque vere tripetalam dumtaxat conglutinatam dixeris. Tamen petalo intermedio lateralibus triplo latiori, ſulcato, ſuperne abeunte in labium corollae ringentis trifidum; laciniis oblongo-ouatis, planis, obtuſiuſculis, cum duobus ſinubus intermediis introrſum prominentibus. Petala duo lateralia ad medium vſque cuneiformia, hinc oblique lanceolata, atque ſic

angu-

angulum formantia obtuſum, quo ſolo firmius cum petalo intermedio conglutinata videntur, acuta, plana, ſuperne piloſa, vna galeam fingentia. *Stam.* Filamenta quinque, ex receptaculo orta, plana, corollae concoloria, ad oras ciliata. Antherae atroviirides, in vnum coneretae corpus. Pollen flauus. *Piſt.* Germen ſubrotundum, baſi accretum calyci. Stylus filiformis. Stigma ſubrotundum, capitatum, bifidum, circulo villoſo circumdatum. *Per.* Capſula ouata, glabra, biloeularis, biſulcata, apice dehiſcens, cincta inferne calyce. *Sem.* plurima, minima, oblonga. CXCIX. *Andropogon diſtachyos.* p. 165. Sponte creſcit in Valleſia, Sicilia et Galloprouincia. *Hermaphroditus. Cal.* Gluma vniflora, biualuis. Valuula exterior longiſſima, ad oras et apice ſcarioſa, lanceolato acuminata, apice purpuraſcens, bifida et biariſtata cum altera lacinia longiore. Valuula interior duplo breuior, ſcarioſa, albida, lanceolata, concaua, terminata in ariſtam exteriore longiorem. *Cor.* Gluma biualuis, ſcarioſa, longitudine valuulae calycinae breuioris. Valuula exterior lineari lanceolata, acuta, mutica. Valuula interior profunde bifida, acuta, ex dorſo inter lacinias emittens ariſtam longiſſimam. *Stam.* Filamenta tria, capillaria, breuia. Antherae lineares, incumbentes. *Piſt.* Germen ouatum, valde compreſſum. Stylj duo, capillares, fere longitudine ſtaminum, minime coaliti. Stigmata penicilliformia. *Per.* nullum. *Sem.* vnicum, oblongum, obtuſum, glabrum, corollae incluſum. *Mas. Cal.* Gluma vniflora, biualuis. Valuula exterior longe lanceolata, ex ſinu apicis bifidi ariſtata. Interior anguſte lanceolata, acuta, breuior. *Cor.* Gluma biualuis, calyce breuior; valuula vtraque lineari lanceolata, acuta, mutica. *Stam.* vt in hermaphrodito. *Piſt.* nullum. CL. *Croton punctatum.* p. 166 In Carolina ſponte creſcit. *Mas. Cal.* Perianthium

campanulato - patens, quinquepartitum; laciniis ouatis, acutiuſculis, planis, patulis. *Cor.* nulla. Nectarium ex glandulis quinque compreſſis, latis, rotundatis, in fundo tubi calycis. *Stam.* Filamenta duodecim, ſubulata, longitudine calycis; quorum quinque patula cum laciniis calycinis alternantur; reliqua ſeptem erecta medium florem occupant. Antherae incumbentes. *Foemina. Cal.* vt in mare. *Cor.* nulla. Nectarium vt in mare, glandulis germini circumſtantibus. *Piſt.* Germen ſubrotundum. Styli tres, reflexo - patentes, ad baſin vſque ſubquinquefidi. Stigmata ſimplicia. *Per.* Capſula ſubrotunda, lateribus triloba, trilocularis, loculis ſingulis biualuibus, calyce multo major. *Sem.* ſolitaria. *Hermaphroditus. Cal.* vt in foemina. *Cor.* nulla. Nectarium vt in foemina. *Stam.* Filamenta quinque, ſubulata, alternantia cum laciniis calycinis. Antherae incumbentes. *Piſt. Per.* et *Sem.* vt in foemina.

p. 171. 4. IOH. ANDR. SCHERER, *obſeruationes et experimenta ſuper materia viridi thermarum Carolinarum et Toeplizenſium regni Bohemiae.* In vtriſque thermis materia quaedam viridis, gelatinoſa, veſiculoſa, et vegetabilis occurrit, quae elegantia amoeniſſimi viroris, ad ſmaragdum proxime accedentis, et textura ſingulari attentionem meretur. Variare multipliciter colore ſolet, iam ſordide virentis, iam flaueſcentis, iam fuſci, imo nigri. Antiquiores iſtam materiam excrementum aut productum aquarum eſſe cenſuerunt, atque efflorescentiam vitriolicam appellauit SPRINGSFELDIVS *) qui primus ſubſtantiae huius notitiam communicauit cum doctis viris, plantam cryptogamicam, *Tremellam thermalem* dictam, appellans ac deſcribens ſic: Tremella gelatinoſa, reticuloſa; ſubſtantia veſiculoſa. Hanc autem obli-

*) Mémoir. de l'acad. royale des ſc. de Berl. T. VIII. A. 1752.

obliuioni datam produxit Noſter atque fabricam eius additis obſeruationibus accurate propoſuit. Structura externa conſtat pelliculis tenerrimis, pellucidis, laxis, viſcidis, fibroſis, tantillum ductilibus, ſibi inuicem ita applicatis, vt paruae areolae ſeu cellulae mira ſymmetria inter ſe cohaerentes iam ouales, iam rotundae efformentur variae magnitutudinis. Extima cuticula, epidermis, ſolidioris eſt compagis, glabra, bullis hemiſphaerico - conuexis facta, laetiſſime virens. Cellulae inter ſe non communicant. Aeri hoſpitium praebent. Aer ſpatiola haec occupans, et calore ſolis rarefactus expandit tenerrimam, cauernoſam ſubſtantiam ad crepaturam vſque, redditque eam, augendo maſſae volumen, multo leuiorem. Hinc diutius ſolis radiis expoſita tota eius propago ſuperficiem aquae, virentis ſpumae ad inſtar petit et in varias elegantiſſimaſque figuras pyramidales attollitur. Pellicularum autem partes recens ſeparato tubo microſcopico conſideratae exhibuere filamenta capillaria, ſimpliciſſima, teretia, pellucida, vtrinque truncata, ſtriis tranſuerſis, approximatis inſignita, admirabili modo ſine omni anaſtomoſi intertexta, ordinata, communiter tamen in faſciculos collecta. Omnia ſimul ſumta intricatiſſimam praeſentarunt congeriem. Conſpecta ſunt hinc inde corpuſcula vel granula virentia, tranſparentia, veſiculis aereis analoga, ſeſſilia, qualia, ſubrotunda, plerumque orbiculata, iam ſolitaria, iam ſparſa, iam conferta. An ſemina? non conſtat. Haec intrinſeca fabrica in ſingulis pelliculis, et quauis eiuſdem parte, quoad directionis ſituſque filamentorum, copiae, figurae magnitudiniſque granulorum rationem diuerſiſſima eſt. Materia fuſci aut nigri coloris a SPRINGSFELDO *Tremella Filamentoſa* compellata, meris conſtat filamentis. Proprietates filamentorum autem ſic obſeruauit: particula ſiquidem materiei in vaſe cum tantilla aqua aſſer- p. 174.

uata vidit omnia fere filamenta mobilia, tantaſque motus modificationes, vt varietate quam maxime oblectarent. Igitur an talis motus in recentiſſima deprehendatur materia experiri voluit, et materiam recentem in vas vitreum tantillum aquae fontis continens iniecit, quae videbatur primum poſt intercapedinem duarum aut trium dierum reuiuiſcere. Inde colligit in ſolo etiam natali mouendi facultate
p. 175. praeditam eſſe. Eodem tempore variorum animalculorum infuſoriorum deprehendit ſpecies. Filamenta autem intra quindecim dies in aqua innouata vires motrices exercuiſſe ſemper alacriter; materiam autem viridem intra id tempus coloris perdidiſſe elegantiam, defluxiſſeque ſenſim in maſſam tremulam, gelatinoſam, tandemque putridam; et maximus filamentorum numerus deſtitutus eſt mobilitate, exceptis paucis, quae leuiſſimo ſtimulo ad candelae flammam irritata, vitae latentis manifeſta dedere documenta. Inſtituit dein cum aquae guttula filamenta et animalia infuſoria continente experimenta. Talia erant ſolutiones ſalis alcalini fixi vegetabilis, ſalis Glauberi, vitrioli Zinci et ſacchari, porro acidum nitri, ſuccus malorum citreorum, ſpiritus vini et aqua aere fixo impraegnata. Demerſit aciculam iſtorum liquidorum aliquo infectam in aquae guttulam. Mox filamenta in oppoſitum inclinarunt latus, et mobiliſſima animalculorum cohors illuc celeri lata motu; inſtillata vero minima acidi nitroſi aut alterius liquidi - ſacchari ſolutione et aqua aerata exceptis - filamenta agitata ſunt motu tremulo, et in faſciculum collecta enecata cum ani-
p. 176. malculis. Diuerſa ſpectata ſunt phaenomena prouti corpora haec viuentia diuerſimode fuere adfecta a ſtimulantibus aptis natis, vt excitentur in illis motus diſſimiles. Momentaneum vero effectum exercebant acidum nitri, et ſal alcalinus fixus

vege-

vegetabilis, tardiorem ſacchari ſolutio, tardiſſimum aqua fixo aere acidulata. Vt autem proprietates filamentorum inueſtigaret Toeplicii menſe Iulio materiae viridis recentis collectae copiam quandam impoſuit vaſi pleno, quam tantilla aqua fontis affuſa oculo nudo et armato quotidie obſeruauit. Initio aquae pelliculae ad inſtar ſupernatauit. Altero die ex totius materiei iam in vnam maſſam contractae, ambitu propullularunt filamenta, viriditate ſua conſpicua, innumera, paralella, conferta, membranulam fingentia. Exactis tribus diebus tenues pelliculae maximam fundi vaſis occuparunt partem, praeſertim plagam luci obuerſam. Pellicularum figurae a ſitu et directione enatae indies aliam praeſentarunt faciem. Quodſi iam maſſa contracta leuiſſimo accedente impetu contrectata fuerit, filamenta ambitum eius cingentia ſeſe intra maſſam abdiderunt, poſt aliquam moram denuo vndulatorio motu prodeuntia. Tentauit tum propaginem telae, vel recens enatam tenerrimam pelliculam, hinc inde aciculae ope ſoluere, tum particulam auellere. In iſto caſu auulſum, fluctuans fruſtillum mox in cylindrum conuolutum nouam, protrudendo e variis punctis faſciculos filamentorum diuaricantes, regenerauit membranulam; in illo filamenta diſſecta, irritata et inſtinctu quaſi excitata vndique e dilaceratis membranulae labiis proruperunt confertim, alterum alterum in ſui conſortium traxit, coadunaruntque ſic ſingulari artificio partes antea ſolutas. Vidit frequenter quomodo bullas aereas in pellicularum ſuperficie enatas, ſuperſcandendo et reptando, includerent, ſicque cellulas formarent. Diſſecuit tandem telae particulam in minores alias; inde filamenta vix aliquid damni traxiſſe viſa ſunt, vtpote in motu ſub microſcopio adeo vegeta, vt ipſum fruſtillum ſeu congeries fila- p. 177.

mentorum in area microſcopii conſpectum effugerit. Die 4. menſis Auguſti incipiebant altiores membranulae flaueſcere; motus vero filamentorum perſtitit ſatis vegetus. Obſeruauit quoque filamenta non tantum partem truncatam in acumen prolongare et inflectere, verum etiam ſecundum totam eorum longitudinem ſtriis tranſuerſis, regularibus, approximatis inſignita eſſe. Quoad quaeſtionem an materia haec filamentoſa ſit vegetabilis, an animalis, ita ſe gerit, vt cum ad certitudinem pertingere non poſſimus, iudicia probabilia ab ana-
p. 178. logia petita ſequamur. Interim tamen in materia filamentoſa animalitatis notas ſe deprehendiſſe affirmat. Omnia enim filamenta facultate ſeſe in quamuis plagam vertendi, locum mutandi, humidum lucemque appetendi et a pernicioſis ſe propripiendi gaudere videntur. Languent, enecantur, veluti ipſa animalcula infuſoria, ſtimulata variis irritamentis. Tandem in minores partes diſſecta, vires etiamnum exercent vitales, et e quibuſdam motitationibus, determinatis circumſtantiis quaſi accommodatis, aliquid arbitrii emicuit, vnde ad Zoophyta refert. Facilis ex dictis eſt explicatio quomodo fabrica materiei iſtius animalis conſtruatur, cellulae efformentur, pelliculae ſibi inuicem imponantur, et bullulae aeris includantur. Veterum
p. 179. opinio, illam aquarum eſſe excrementum, efflorescens vitriolum, his refutatur. Magis naturae conſonum eſt, aſſerendo, quod organica haec ſubſtantia iam a longo tempore ad noſtrum vſque tepidas aquas inhabitat. Vtrum ouula vel particulae anulſae ipſius materiei ventorum ope huc delata et depoſita olim fuerint, aut anne potius propagatio niſu quodam formatiuo abſoluatur? non liquet. Ad experimenta accedimus. Sumſit lagenam vitream aqua repletam, quam orificio inuerſo, materiei

aere

aere ad crepaturam inflatae et aquae ſupernatanti impoſuit. Lagenam ſupra materiam hinc inde ducens, ſollcitus tamen, ne aer communis irrueret, ruptae fuere cellulae et egrediens aer forma bullularum petiit fundum lagenae inuerſae et aqua plenae, ibidem colligendus. Sicque breui ſat notabilem obtinuit aeris quantitatem. Vt abſque omni inquinamento aeris fixi, quo aquae Carolinae abunde ſcatent, examinaretur, fuit ille prius aqua calcis recens parata agitatus, donec nulla amplius abſorptionis ſigna apparerent. Pars abſorpta, potius aer fixus, fere dimidiam totius maſſae aereae conſtituit partem. Reſidua portio in eudiometro Cl. FONTANAE nitroſi aeris ope, explorata, ſequens exhibuit reſultatum. Vna examinandi vnaque nitroſi aeris menſura occuparunt, peracta agitatione, in tubo eudiometrico ſpatium 84, addita altera aeris nitroſi p. 189. menſura 61, tandem tertia 1, 39 ſubdiuiſionum. Eſt ergo gradus puritatis aeris collecti 4, 00 — 139 = 2, 61. aer dephlogiſticatus bonae notae. Die 28 Iunii, materia per duas dumtaxat horas aprico in loco natali expoſita, gauiſus eſt aer bonitate: 36; 44; 1, 42 = 2, 58. Die 29 Iun. nebuloſo, obſcuro, vna ſaturatus aeris nitroſi menſura 92. Eodem tempore fuit aeris ſalubritas 94 gr. Aer folliculos materiei thermarum Toeplizenſium occupans, eodem modo examinatus, cum aqua calcis agitatus vix aeris fixi monſtrauit notam. Die 22 Iul. obſcuro, ſaturatus vna aeris nitroſi menſura; exhibuit 59 gr. Indolem hanc adeo mephiticam, vt candelae flamma mox exſtingueretur, aquis ſordidis et putreſcentia corpora fouentibus, quibus materies, aerem hunc ſuppeditans, innatabat, adſcribit. Altero die, materie ab hora matutina nona ad ſecundam pomeridianam aprico illuſtrata, gauiſus aer exploratus hoc puritatis gradu: 83; 1, 19, 2, 13 = 2, 87.

En!

En! aerem dephlogiſticatum. Ad explorandum influxum materiei in aerem ambientem de nocte vel in vmbra, immiſit certam quantitatem vitro aquae pleno et inuerſo; reponens apparatum in locum obſcurum. Elapſis 72 horis ne minimam deprehendit aeris bullam. In experimento cum materie Toeplizenſi repetito idem fuit effectus. Tandem vt experiretur qualitatem aeris in contactu cum ipſa materie, incluſit certam portionem aeris communis, cuius bonitas erat 94. gr. cum materie recens collecta in loco vmbroſo per 24 horas.
p. 181. Examinatus erat mephiticus 85. Ex allatis experimentis apparet, fluidum aeriforme cellulosa ſpatiola materiei animalis occupans, variae eſſe indolis pro diuerſitate aquarum, quas illa inhabitat, et ſerenitate diei. Vt ipſi de partibus materiei analyſi
p. 182. chemica certo conſtaret, monuit, materiem prius ab omnibus ſalinis et terreſtribus, quibus inquinata eſt ſemper, repetita ablutione depuratam. Pependit quantitas collecta 4 vnc. 1 dr. 26 gr. Per deſtillationem ſiccam ex retorta dedit copioſum phlegma, nauſeoſum, iam odore ſalis alcalini volatilis nares feriens; cum acidis efferuescens; tingensque violarum ſuccum aqua dilutum, colore viridi; tantillum oleum empyreumaticum, tenue. Protracta deſtillatione et aucto ignis gradu, oleum tenax, piceum, valde empyreumaticum, lateribus colli et ventris vaſis retorti adhaerens, cum tantillo ſalis alcalini volatilis forma ſicca. Caput mortuum, ſplendens, non ſpumeſcens, ponderis drachmarum duarum, exhibuit peracta incineratione, admoto magnete, particularum ferrearum indicia, et poſt elixiuationem 25 gr. calcareae. In lixiuio reagentibus tentato et ad ſiccitatem euaporato, ſalis alcalini fixi vegetabilis ne minimum deprehendit veſtigium. En! producta animalia.

Recen-

Recenſentur tandem animalcula infuſoria eo ordine, quo in infuſione frigida materiei aquarum Carolinarum comparuere. 1. Animalculum pellucidum, modo ouale, modo rotundum, nullis conſpicuum interaneis. Motus eius eſt celer, rectilineus in ómnes directiones aquae guttulae. Sub ipſo curſu frequentiſſime ſedem figit, aſſumta figura globoſa. 2. *Volupx* pellucidus, ſphaericus, quaſi ex veſiculis conflatus. Motus eſt a dextra in ſiniſtram et vice verſa gyrans. 3. *Vibrio* ſemidiaphanus, fere cylindricus, vtraque extremitate obtuſus, apicem verſus aliquantum attenuatus. Motus eſt lentus, haud vndulatorius, natando corpus aut complanat aut arctat. Haec animalcula ſimul et ſemel in aqua innouata conſpecta ſunt, tandem imminutus eorum numerus et aliae duae ſpecies prodiere 4. *Monas* minutiſſima, viuaciſſima, hyalina, ſphaerica, celerrimo, tremulo motu inſtructa. 5. Animalculum ſemipellucidum, oblongum, ouale, interaneis aegre conſpiciendis, lente floccos inter materiei animalis iam maceratae ſerpens. Quae in infuſione thermarum toeplizenſium reperit, ſunt praeter deſcripta n. 1. 2. 3. *Monas* omnium minutiſſima, hyalina, punctiformis, ne quidem microſcopio compoſito illuſtrata diſtinctius apparens. *Vibrio* exiguus, diaphanus, oblongus, fere linearis; motu tremulo gaudens. Adimplerunt animalcula haec totam guttulae maſſam adeo, vt vix ſpatium pateret vacuum. Inter hanc myriadem obambulauit raro *Euchelis* pellucens, cylindro-ouata, motu rectilineo. Elapſis nouem diebus, et materia viridi tantillum iam macerata, ſpectata ſunt magna copia animalcula tranſparentia, ouato-oblonga, complanata, flaueſcentia, margine nigricante diſtincto, interaneis opacis, haud diſtinguendis; motu lento, progreſſiuo praedita. p. 183.

5. FRI-

p. 186. 5. FRC. XAV. WVLFEN *plantae rariores Carinthiacae continuatae* *) LX. *Ranunculus rutaefolius.* LXI. *Ranunculus glaciahs.* LXII. *Ranunculus parnaſſifolius.* LXIII. *Androſace villoſa.* LXIV. *Arabis Ouirenſis.* Arabis foliis ſimplicibus, integris, repando denticulatis, petiolatis; caulinis, oblongis, ſubouatis; radicalibus orbiculatis. Perbella planta, nulli hucuſque auctorum viſa, minus cognita, a noſtro detecta cum Ouirenſes ſupra Ebrideum in Valle Iunonia percurreret Alpes, ſub initium Iulii locis petroſis calcareis, haud procul a Sternfeldianis plumbi fodinis ſatis frequens. LXV. *Saxifraga*
p. 200. *adſcendens.* LXVI. *Saxifraga petraea.* Altum de iſta pleriſque in Floris ſilentium. Rariſſimarum vna, inter horridas ſyluarum rupes ad immane illud prope Habſbergam Planinae antrum, neque amplius per omnem Alpium catenam occurrens. Saxifraga foliis petiolatis, palmato-tripartitis, laciniis ſubtrifidis; caule flaccido, ramoſiſſimo, decumbente; pedunculis longiſſimis monofloris; peta-
p. 207. lis emarginatis. LXVII. *Saxifraga ſtellaris.* LXVIII. *Plantago ſubulata.* LXIX. *Pedicularis acaulis.* LXX. *Bupleurum petraeum.* Bupleurum ſcapo, vmbellaque terminali ſimpliciſſimis; inuolucellis polyphyllis, vniuerſali pentaphyllo; foliis radicalibus
p. 211. gramineo-caryophyllaeis. LXXI. *Athamanta Matthioli.* Rariſſimam hanc plantam elapſis triginta tribus annis Goritiae inter ſaxa lateris laeui Liſoncii prope molas Tabacarias, tum in montibus Salcano adſitis, vulgo Monte Santo, et di Santa Catarina, ſaxoſis itidem locis magna menſibus Maio et Iunio in copia florentem inuenit, ibidem et MATTHIOLVS, primus qui eamdem aeri incidi curauit.
p. 214. LXXII. *Laſerpitium Archangelica* eam cum Silphio
p. 220. Theophraſti quam maxime conuenire cenſet.

LXXIII.

*) V. Miſcell. Auſtriac. Voll. II. p. 183.

LXXIII. *Laſerpitium peucedanoides.* LXXIV. *Centaurea Rhapontica.* Alpes ſpecioſa planta incolit Lithopolitanas quas Schneegebürg vulgo et Kreuzalpen vocant. LXXV. *Arnica ſcorpioides.* Rupicaprarum eſca gratiſſima frequens Pontebanis Polizen in montibus in Saiſara atque in Valle Rablenſi. LXXVI. *Arnica glacialis.* Saepius cum arnica LINNAEI ſcorpioide confuſa, aut certe commutata fuit, conſpici autem ſolet in ſummis altiſſimarum Carinthiae et Tyrolis Alpium iugis, cuius haec eſt facies: Arnica foliis alternis, repando - ſubdentatis, caulinis ſeſſilibus, lanceolatis; radicalibus rotundato - ouatis, petiolatis; radice oblique adſcendente, ſubdulci, futuris tranſuerſis, ſurſum decumbentibus imbricata. LXXVII. *Arnica Doronicum* foliis variter repando ſubdenticulatis, ſubintegerrimis, alternis, oblongis, ſubſeſſilibus; radicalibus longe petiolatis; radice ſubgeniculata, dulcedinis experte. Planta haec Linnaeo cognita nunquam fuit, eandem tamen ex Cluſio ad Senecionem ſuum Doronicum citauit, error ſubinde in Elenchum Krameri et in Iacquinii Enmendationem irrepſit, quam tamen poſtea primus Iacquinius *) correxit. LXXVIII. *Cortuſa Matthioli.* LXXIX. *Dianthus ſilueſtris*, caulibus ſubunifloris, ſquamis calycinis ſubouatis breuiſſimis; corollis crenatis; foliis anguſtiſſimis, rigidis, ſubulatis, ſupra ſulcatis. Frequentiſſima eſt haec ſpecies in Carinthiae calcareis montibus, ſolo duro, nudo, cretaceo - ſabuloſo, ſoli idenditem expoſito, ab eoque paene exuſto, ſterili. LXXX. *Carduus acaulis.* LXXXI. *Arenaria polygonoides*, foliis linearibus, caulibus procumbentibus; pedunculis bifloris, terminalibus, erectis; calycem ſubuiſcidorum foliolis eneruiis. Examinare characterem Linnaeus neglexit in Alpibus, exinde haud amplius perfecta habere potuit ſpecimina. Fluctuans, cui

p. 223. p. 225. p. 230. p. 233. p. 236. p. 239. p. 241.

*) in Flor. Auſtriac. Vol. I. p. 57.

cui adgregaret generi, ad tempus inter ſaginas eidem locum conceſſit, dein ſtellariam bifidam dixit, aut certe cum illa confudit. LXXXII. *Arenaria*
p. 244. foliis lineari-ſubulatis, ſulcatis, recuruis, ſecundis, caulibus procumbentibus; pedunculis ſubbifloris, terminalibus, erectis; calycibus ſtriatis. In Leontinis Alpibus, magnis vna de radice lignoſa
p. 245. ceſpitibus vegetat perennis. LXXXIII. *Arenaria ciliata*. Multicaulem a ciliata diſtinxit LINNAEVS, HALLERVS et GERARDVS inter vtramque nihil diuerſitatis agnouit, Noſtro autem non colore ſolum et natura, verum pauculis praeterea foliorum, calyciſque differre viſae ſunt notis. In Alpibus Leon-
p. 248. tinis habitat. LXXXIV. *Arenaria multicaulis*, foliis pulpoſo-ſubcoriaceis, ouato-lanceolatis, ſeſſilibus, ciliatis; corollis calyce maioribus; perianthii foliolis ouato-lanceolatis, ſubeneruiis. Frequentius inuenitur in Malnizenſi Auſtriacae partis Taurero, in Leontinis Marenwaldenſibus etc. alpibus, aeſtiuis florens menſibus, ita proxima eſt arenariae ciliatae, vt perquam difficillimum ſit eas a ſe inuicem diſtinguere. Semper tamen viror in illa magis ſa-
p. 250. turatus eſt. LXXXV. *Arenaria biflora* foliis ſubcoriaceis, obouatis, baſi ciliatis; caulibus proſtratis ramoſiſſimis diffuſis, pedunculis lateralibus ſubbifloris; petalis calyce longioribus. Frequens in Alpibus Fladnizenſibus, Ouicenſibus, Taureri Malnizenſibus, Leontinis, Spitalenſibus; Folkartenſibus,
p. 251. Reichenauenſibus etc. LXXXVI. *Stellaria biflora*, caulibus proſtratis ramoſiſſimis; ramis annuis erectis, longiſſime bifloris; foliis linearibus acutis, calycibuſque, dorſo trinerueis; petalis calyce longioribus, crenato-bifidis. LXXXVII. *Stellaria*
p. 254. *Ceraſtoides*, foliis ſubpulpoſis, obtuſe lanceolatis; caulibus proſtratis, iterato radicatis; ramis annuis erectis, ſubtrifloris; pedunculis tandem infractis.

Pul-

Pulcherrimam, ſed magnopere variabilem plantam non niſi in editioribus Taureri Malnizenſis apricis paſcuis, ſolo glareoſo-micaceo reperit. LXXXVIII. *Ceraſtium latifolium* foliis oblongo-ouatis, obtuſis, hirſutis; ramis annuis flaccidis, ſubbifloris; capſulis ex ouali baſi, cylindraceo-corniculatis, decemfidis. Frequentiſſima in granitoſarum Alpium excelſis. LXXXIX *Geranium macrorrhizum.* In monte qui Caporetto imminet, elegans hoc Geranium perquam ſaepe ſecus viam, ſaxa fruticeſque inter inuenitur. XC. *Achillaea odorata* foliis bipinnatis, hirſutis, pinnulis integerrimis linearibus acuminatis; calycibus pubentibus; corymbis faſtigiatis. Diſtinguitur amoeniſſimo foliorum intra digitos contritorum odore a nobili Achillaea, et Achillaea Millefolio, vt et exilitate. XCI. *Myoſotis Nana*, foliis hirſutis, oblongo-ſubouatis, ſerpilliformibus, ſpica terminali pauciflora ſubumbellata. Habitat in excelſis Mannharti rupibus nudis, medio Iulii florens. XCII. *Panicum hirtellum*, ſpica ſubcompoſita, rara, ſecunda; ſpiculis alternis, ſeſſilibus, geminatis; glumis calycinis omnibus ariſtatis; extima longiſſima. Circa Aquileiam occurrunt admodum rarae eiuſmodi plantae. Differt longe a Gramine Iauanenſi. XCIII. *Carpeſium abrotanoides*, floribus lateralibus, in axillis foliorum ſeſſilibus, nutantibus. Habitat Aquileiae, ſolo pingui, vmbroſo, florens Auguſto. XCIV. *Iſnardia paluſtris*. Frequens prope Clagenfurtum vegetat, verſus Iulii finem florens, in vliginoſis ſiluarum montis Caluariae, in paluſtribus Zigulnenſibus, in turfoſis Loretanis ad lacum Wertersee etc. tum et Goritiae retro Piumnam conſimilibus locis. XCV. *Lindernia pyxidaria* foliis oppoſitis ſeſſilibus oblongo-ouatis; floribus axillaribus pedunculatis ſimplicibus. Creſcit haud procul Clagenfurtum florentem inuenit in ſpecioſis ſupra Keſli-

p. 256.

p. 258.

p. 261.

p. 263.

p. 267.

p. 270.

p. 271.

p. 273. num ſyluarum ſtagnis. XCVI. *Fumaria capnoides.* Creſcit ad S. Laurentium in Reichenauienſibus alpibus, in coemiterio eccleſiae parochiae Lauſenſis prope Schneebergam, in lapidiae montibus, inque Liburniae, Dalmatiae tam Auſtriacae quam Venetae
p. 275. montibus littoralibus. XCVII. *Peplis portula* caulibus repentibus, floribus in axillis oppoſitis, ſeſſilibus, ſubapetalis. Frequens in paluſtribus, limoſis Weidenſdorfenſibus prope Clagenfurtum, in vuidis ſyluarum ſcrobibus circum Caluariae montem, in vliginoſis, ſtagnantibuſque putrium aquarum locis ſupra Keſſlin, vbi aeſtiuis menſibus vna cum Vtricularia minore, Schoeno albo, etc. reticulo conferuae reticulatae ſaepe obducta floret. XCVIII. *Chlora*
p. 277. *perfoliata*, in campis Soncii ex aduerſa Sagradenſis comitum Della Turre Caſtelli parte adiacentibus
p. 279 frequens. XCIX. *Delphinium elatum.* Dubius eſt vtrum in Leontinis Alpibus, aut Reichenauienſibus ad S. Laurentium inuenerit hanc ſpecioſam plantam.
p. 282. C. *Delphinium ſtaphiſagria*, minime per omnem late Iſtriam, omnemque illum terrarum rara eſt tractum, quem inde a ſinu Flanatico in Dalmatiam vſ-
p. 284. que Venetam adriaticum alluit mare. CI. *Saxifraga mutata* Aſpera Alpium Reichenauenſium incolit loca, qua in Kaiſerſburg itur, ſoteriis Kleinkirchhelmii ad S. Catharinam aquis ex aduerſo ſitam. Proxima, ſpecifice tamen a Saxifraga Catyledone L. diſtincta, petalis cumprimis ouali-lanceolatis, nec, vt
p. 286. in iſta, apice obtuſe rotundatis. CII. *Saxifraga oppoſitifolia*, caulibus repentibus, ſurculiferis, foliis obouatis, margine leproſo-cartilagineis, ciliatiſque; ſurculorum quadrifariam imbricatis; pedunculorum oppoſitis. HALLERVS in duas, ALLIONIVS in tres
p. 290. ſpecifice diſtinctas diſcerpſit ſpecies. CIII. *Saxifraga ceſpitoſa.* Frequens in ſummarum Alpium rupi-
p. 293. bus; ad inferiora nonnumquam deſcendens. CIV.

Saxifra-

Saxifraga hypnoides ſtolonibus procumbentibus ramoſis conferte folioſis, foliis inferioribus cuneato-trifidis, ſubpetiolatis, ſuperioribus lineari-lanceolatis ſubariſtatis, piloſo-ciliatis; caule erecto, ſuperne ſubpaniculato ramoſo. Copioſe circa Chaufe-Fontaine prope Leodium inuenitur. CV. *Linum viſcoſum* calycibus acuminatis, foliiſque ouato-lanceolatis et ſeſſilibus, hirſutis, perque margines ſtipitato-glanduloſis; caule erecto, villoſo, viſcido, corymboſo-ramoſo; floribus ſubſpicatis rubris. Per omne Noricum in montanis ſylueſtribus admodum frequens. CVI. *Croton tinctorium*, foliis petiolatis ſubouato-rhombeis, repando-ſubdentatis, tomentoſo-byſſinis, villiſque ſtellato-echinatis, obſitis: capſulis tricoccis pendulis; caule herbaceo. Non adeo rara Norici ſtirps, Auſtriaco in littorali, indeque in maritimam vſque Dalmatiam progreſſa, quotannis ſua vegetat ſponte. CVII. *Sedum rubens*, pumilum, tandem ſanguineo-rubrum, foliis tereti-obouatis craſſiſſimis, addenſatis; cyma ſubſeſſili ſubquadrifida pauciflora; petalis albis, rubro carinatis. Cum atrato quondam Linnei ſedo, pluribuſque confuſum aliis, dein ad craſſulae relegatum genus, feliciter dein per Linneum ſuo inter ſeda reſtitutum eſt loco. CVIII. *Geranium nodoſum*. Inter ſylueſtria fruteta prope Goritienſes molas ad ſiniſtram Soncii ripam aeſtate tota-frequens viſitur, maiori in copia in aduerſa eiuſdem fluminis ripa, ad radicem montis S. Valentini, in adſita ſylua Sabbotina. CIX. *Geranium malacoides*. Frequens in littoralis Auſtriaci et Veneti maritimis; et annuum. CX. *Geranium coniconium*. Frequens in Littoralis Auſtriaci campeſtribus, collinis, incultis; ſuis ſe quotannis regenerans ſeminibus: in eo peculiaribus, quod tripollicarem, in quam abeunt ariſtam, ſepties inferiore ſui parte in ſpiram intorqueant matureſcentia, dum in ſubula-

p. 296.

p. 299.

p. 302.

p. 305.

p. 307.

p. 312.

tam denique acum, eamque nec ſpiralem, nec re-
ctam; deflexam immo, et falcato-arcuatam termi-
p. 313. nentur. CXI. *Sibbaldia procumbens*, foliis ternatis,
cuneiformibus, apice truncatis, et acute trifidis. Al-
p. 314. tiſſimarum Alpium planta, florens in Iulio. CXII.
Viola pinnata, acaulis, foliis radicalibus ſubpedato-
pinnatifidis, longe petiolatis, ſcaporum aphyllo-
rum altitudine. Rariſſimae ſtirpis natales alpium
Leontinarum, finitimarumque ſunt excelſa; aſperis
p. 316. ibi rupeſtribuſque vegetat locis. CXIII. *Conuoluulus al-
thaeoides*, foliis petiolatis, ſericeo-tomentoſis; radica-
libus rotundato-cordatis, crenato-dentatis; caulinis
palmato-digitatis; lobis oblongis, anguſtis, criſpa-
to-dentatis; pedunculis axillaribus, ſubbifloris.
Luſitanicis, Baeticaeque Hiſpaniarum in collibus
propriam perelegans haec conuoluuli ſpecies fixit
p. 319. ſedem. CXIV. *Aſtragalus caſtrenſis*. Copioſus in
pratis apricis, decliuibus graminoſis Taureri Mal-
nicenſis; tum alpis Melnikenſis diſtrictus Gmünd-
tenſis *in der Malta*; item in Leontinis Marenwal-
p. 320. denſibus, etc. CXV. *Aſtragalus incanus*, acaulis, ſca-
pis decumbentibus; foliolis ouatis, ſubſeſſilibus,
ſubtus patentibus; leguminibus tereti-ſubulatis,
apice infractis; ex pube proſtrata, ſericeo-incanis.
Frequens circa Tergeſtum in ſterilibus duris ſiccis,
menſe Maio, praeprimis in colle ſupra ſalinas Mu-
jenſes. Aſtragalo Monſpeſſulano proximus, quoad
p. 323. nomen a Scopolio cum eodem confuſus. CXVI.
Aſtragalus Alpinus, cauleſcens, procumbens; fo-
liolis lineari-oualibus, floribus racemoſis pendulis;
leguminibus inflatis, inordinate ſubtriquetris, vtrin-
que acutis, nigro-villoſis. Frequens in ſummis
Alpibus, Marenwaldenſibus, Leontinis etc. natus
tenellus, aſpectu decorus. CXVII. *Serratula Alpina*,
p. 325. caule ſubcorymbifero, foliiſque ſubtus lanugine ara-
neoſa, niueis; inferioribus petiolatis ouato-lanceo-
latis,

latis, ſerrato-dentatis; ſuperioribus ſeſſilibus, lineari lanceolatis, margine reuolutis; calycibus inermibus, ouato-cylindraceis, albo-piloſis. Frequens in Reichenauienſibus, Leontinis aliiſque ſummis.

CXVIII. *Stellaria fontana*, foliis oppoſitis, ouali lanceolatis; petalis bipartitis, calyce breuioribus; pedunculis vnifloris. Nunquam ſpeciem hanc agnoſcere voluit LINNEVS, et aliquando pro varietate Stellariae gramineae habuit, a qua plurimum differt. p. 327.

CXIX *Seſeli tortuoſum*, caule rigido, inde a baſi laxe ramoſo, ramis diffuſis, tortuoſis; foliis bipinnatis, foliolis linearibus, longiſſimis; ſeminibus ſtriatis, ſcabritie exaſperatis. In apricis duris Inpodum montibus prope Mattarija Iulio et Auguſto florens. p. 330.

CXX. *Chryſanthemum montanum*, foliis radicalibus ſpathulatis, ſerratis, longe petiolatis; caulinis ſeſſilibus, linearibus, laxe ſubdenticulatis; caule monofloro. Plantula rara Reichenauienſium incola, differt plurimum a chryſanthemo leucanthemo L. aut atrato. p. 332.

CXXI. *Chryſanthemum Alpinum*, foliis cuneiformi-pinnatifidis, laciniis linearibus, integerrimis, laxe parallelis; caulibus ſuberectis, monofloribus, obuium in Spitalenſibus alpibus etc. p. 334.

CXXII. *Xanthium ſpinoſum*, caule ramoſiſſimo, ſpinoſiſſimo; foliis petiolatis, deltoideo-haſtatis, ſubtus niueis; ſtipulis ſingularibus, ſtipitatis, ternato-ſpinoſis. Ad mediterranei Adriaticique littora maris indigena. p. 336.

CXXIII. *Agaricus betulinus*, acaulis, coriaceus, ſemiellipticoidicus; ſupra albus et villoſus; ſubtus ex ochro-croceus, lamellis reticulatis. Rarum fungum, paucis notum, in reſectis marceſcentibuſque betularum truncis ſub octobris initium 1772 Clagenfurti in colliculis Sohmalzbergel neonatum inuenit, mollem, et fere ad gelatinae inſtar tremulum; domi denique in lentum, croceumque corium exſiccatum. p. 338.

CXXIV *Agaricus ſepiarius* acaulis, p. 339.

lis,

lis, coriaceus, ſemielliptoidicus, ſupra ex flauo, fuſco-nigreſcens, villoſus, faſcia marginali albido-flaueſcente; ſubtus, vna cum lamellis ramoſis, albi-
p. 341. do-flauens. CXXV. *Agaricus flabelliformis*, ſubacaulis, membranaceo-coriaceus, ſupra albus, farinaceo-leproſus, ſubtus lamelliſque obſolete flauo-argillaceus; ſtipitulo breui, laterali horizontali, manubriiformi. Frequens ad emortuos arborum trun-
p. 342. cos Labaci in Roſenbach. CXXVI. *Boletus ſubſquamoſus*, ſtipitatus, niueus; pilei puluinati cuticula tenerrima, breui aquoſe ſubfuſceſcente inque ſquamulas diſcedente; poris difformibus oblongo-ſubflexuoſis. Confunditur ſaepe cum boleto frondoſo.
p. 344. CXXVII. *Boletus ſuberoſus*, acaulis, puluinatus, albus, laeuis, margine fornicato inflexo; cuticula extima tenerrima, tandem aquoſe ſubfuſceſcente, ſe-
p. 345. parabili; carne molli, elaſtica, ſubere leuiore. CXXVIII. *Hydnum papyraceum*, acaule, papyraceo-membranaceum, niueum; ſupra laeue, ſubtus papillis ſub-
p. 346. ulatis ſimplicibus multifidiſque echinatum. CXXIX. *Eluela ciliaris*, ſeſſilis, ceracea, hemiſphaerico-concaua, coccinea, oris nigro ciliatis. In viis cauis
p. 347. ſiluarum Victorienſium. CXXX. *Eluela lilacea*, aggregata, ſeſſilis, ceracea patellis plano concauis,
p. 348. lilaceis, margine eleuato tumidiuſculo. CXXXI. *Eluela ceraſina*, aggregata ſubſtipitata, pyriformi-campanulata, ceraſina; margine acetabuli dentato.
p. 349. CXXXII *Lycoperdon epidendrum*, paraſiticum ſeſſile globoſum purpureum; cortice fatiſcentis brunef-
p. 351. cente; polline ſeminali lilaceo. CXXXIII. *Lycoperdon aeſtiuum*, ſubgloboſum ſolidum glabrum, ſub-
p. 352. terraneum, radice deſtitutum. CXXXIV. *Vlua ſtellata*, foliis aggregatis, ſubſeſſilibus, ſubouatis, ſimpliciſſimis; vtriculis intercutaneis illuſtribus, in ſtellas caudatas ordinatis. CXXXV. *Fucus hypnoides*, caule, ramuliſque vage et rariter ſparſis filiformibus,

cartila-

cartilagineis, ex tereti planiuſculis, ſimpliciter pinnatis, pinnulis ſubulatis. Nouus fucus non confundendus cum ſericeo Gmelini ſ. pectinato Gunneri. CXXXVI. *Fucus concatenatus*, caule coriaceo - ligneſcente, tuberoſo, ramoſiſſimo; ramis elongatis, paniculatis, aphyllis; ramorum virgis veſicas oblongo - ouales laxe concatenantibus. p. 354. CXXXVII. *Fucus ſolaginoides*, caule coriaceo - ligneſcente, tuberoſo, ramoſiſſimo; ramis paniculatis; foliis alternis, ſeſſilibus, ſubulatis, baſi veſiculoſo globoſis. p. 356. CXXXVIII. *Fucus corniculatus*, caule coriaceo ligneſcente, tuberoſo, ramoſiſſimo, ramis frequenter ſed ſimpliciter ramuloſis, rectis, tereti - compreſſuſculis; foliolis alterne ſuboppoſitis, imbricatis, compreſſis, decurrentibus, apice cornuto - bifidis, trifidiſue. GMELINVS ſub nomine Abietis marinae deſcripſit. p. 358. CXXXIX. *Fucus foeniculaceus*, caule coriaceo - ligneſcente, ramoſiſſimo; ramis paniculato ramuloſiſſimis; ramulorum virgulis lineari ſubſetaceis, ſubundatis, apice veſiculiferis; veſiculis oblongo - ouatis, acuminatis; tuberculatis. p. 360. CXL. *Fucus longiſſimus* deſcriptus a GMELINO et ALLIONIO, copioſus in mari Adriatico Tergeſtino. p. 361.

6. NICOL. IOS. IACQVIN *animaduerſiones quaedam in* HENR. IOH. NEP. CRANTZ *faſciculos ſtirpium Auſtriacarum.* Quia multa in Noſtri CRANZII operibus paſſim occurrunt ſibi contraria circa eaſdem viſas inuentaſque ſtirpes, vnde incertitudo naſci debet, has edidit Noſter animaduerſiones et emendationes, quas autem non facile in epitomen redigere potuimus. p. 365.

II.

Collectio opuſculorum ſelectorum ad medicinam forenſem ſpectantium. Curante Dr.

IOAN. CHRIST. TRAVGOTT SCHLEGEL medico apud Longo-Saliſenſes. Vol. II. Lipſiae, impenſis Car. Frider. Schneider. 1787. pagg. 284. ſine praef. Vol. III. ibid. 1788. p. 286*).

Vol. II. p. 1. Vol. II. 8. LAVR. HEISTERI Diſſertatio, *qua partus tredecimeſtris pro legitimo habitus proponitur, et ſimul, partui nullum certum tempus in vniuerſum tribui poſſe, oſtenditur*, ſecundum editionem alteram, Helmſt. 1753 **) Reſp. et auct. IOAN. GERARD. WAGNER. Femina 30 annorum marito 59 annorum poſt paucos ab inito coniugio menſes orbata grauidam ſe ſenſit, ob haemorrhagias vteri vena duabus vicibus ſecta quarto menſe motum infantis percepit, ventris tumor increuit poſtea, vt elapſis rurſus quinque menſibus partum inſtare omnes crederent; hic tamen permanente eodem tumore poſt duodecim demum cum dimidio circiter a mariti obitu menſes inſequutus eſt, fetu debili et futuris cranii hiantibus, admodum difficili puerperio. Hunc partum ordo medicus Helmſtadienſis legitimum declarauit ob parcius nutrimentum a matris pathematibus animi, pauciſſimo ciborum vſu, ſanguinis et morboſis et artificialibus profluuiis pendens, ob debilitatem a temperamento matris et ſtatu patris ipſius, ob integritatem vitae a matre ſemper actae, quum generatim certus partui terminus ſtatui nequeat. Quae omnia fuſius explicat auctor diſſertationis, multusque eſt tum in his probandis, tum in refellendis obiectionibus ſecus ſentientium, potiſſimum ZACCHIAE: ita tamen, vt nec cautiones in iudicio de eiuſmodi caſibus ferendo negligat.

p. 99. Mantiſſa b. HEISTERI huic diſſertationi annexa et femi-

*) Primi voluminis contentorum indicem vide in comm. noſtr. Vol. XXVI. p. 398.

**) Prior eſt ab anno 1727.

feminae, et patris, et ſecundi feminae mariti, et medici cuius conſiliis eadem vſa eſt, nomina in maiorem rei fidem addit, filia ſexenni huedum ſuperſtite ipſa viſa; mater autem duabus adhuc vicibus menſe decimo tertio peperit, conſuetis grauiditatis inſtantiſque partus ſignis ſolito tempore praegreſſis, ac demum quinto grauiditatis menſe abortu mortua eſt.

9 RVD. AVGVSTIN. VOGEL *diſſ. de partu ſero-* p. 114.
tino valde dubio, Goettingae 1767. reſp. et auct. IOAN. CHRISTOPH. HAFRER. Poſtquam in genere demonſtratum eſt, vnicuique animali certum definitumque eſſe pariendi terminum, ad refutanda argumenta eorum tranſitus fit, qui in hominibus hunc terminum vlterius extendi poſſe ſtatuunt. Sunt haec: monſtra aliaeque naturae aberrationes; acceleratio partus, quae ſi locum habeat, idem de eiuſdem retardatione iudicium valere cenſendum ſit; feminis maſculi efficacitas imminuta vel ob debilitatem, vel prouectiorem aetatem, vel mortem propiorem patris; diaeta extraordinaria, inedia, et animi affectus matris; morboſa cum matris tum fetus conſtitutio; duorum vel plurium fetuum in vtero conceptio (vbi tamen vteri duplicis nullam mentionem factam eſſe videmus); vteri capacitas maior. Poſtea ipſarum matrum teſtimonium inſufficiens eſſe declaratur, quum eae vel viduae, vel abſente marito ſerotinos ſe partus enixas perhibeant, docetur que, ſigna grauiditatis ab his allegari ſolita, ſuppreſſionem menſium, intumeſcentiam obdominis, mammas lacte turgidas, dolores abdominales, ambigua omnino eſſe atque incerta; partumque ſerotinum, ſi vere talis exiſtat, fetus tantum augmentum praeſupponere, quod naturali partui non ſufficiat, quale exemplum ex b. ROEDERERO adducitur; aliam ve-

ro longe rationem eſſe fetuum extra vterum conceptorum, huc plane non referendam*).

p. 156. IO. IO. ZACH. PLATNERI *Progr. quo oſtenditur, medicos de inſanis et furioſis audiendos eſſe*, Lipſ. 1740. Quod licet iam opuſculis b. PLATNERI poſt eius obitum coniunctim editis inſertum ſit, nulli tamen dubitamus et in hac collectione multis acceptum futurum: quare argumentum eiuſdem hic excerpere non inconſultum ducimus. Anima a corpore diſtincta. Illius functiones per ſenſus oriuntur. Ad hos neruorum inprimis actio pertinet, licet fluidi neruei neque exiſtentia neque indoles plane euicta ſit. Differentia ideae per ſenſus externos neruorum miniſterio in cerebro excitatae; imaginatio ſeu phantaſia; memoria; voluntas; animi affectus ab hac excitati, effectibus vel vehementioribus vel lentioribus ſeſe exſerentes; ratio, reliquarum omnium facultatum praeſes ac moderator; analogum eius in brutis, ſed propria homini eique ſoli conceſſa attentio, cuius ope notionem vniuerſalium ſibi comparat. Ratio voluntatis gubernatricis. Quantum ratio attentionis exercitio firmetur. Tranſitus ad ſtatum peruerſum functionum animi a morbo corpus afficiente, cuius frequentior cauſſa eſt vel in reſoluto robore naturali fibrarum et vitali neruorum, vel in ſanguinis conditione aut motu deprauatis. Exempla in ſenſibus externis, v. c. viſu, et internis a cauſſa in viſceribus remotis. Phantaſiam hic magis quam reliquas facultates animae laedi. Muta-

*) Vide ſuper hoc argumento egregiam diſſ. Cl. GAHN de partu ſerotino, Praeſ. Cl. SIDRE'N Upſal. 1770 habitam, Comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 55. ſeqq. cuius inter nos notitiam debemus Cl. PYL, verſionem germanicam exhibenti *im Magaz. für die gerichtl. Arzneik. und med. Pol. II. B. ſ. 675. ff.* quae indicata eſt in Comm. noſtr. Vol. XXVII. p. 694.

Mutationes in affectibus a mutato ſtatu corporis oriundae. Memoriae laeſio vel abolitio. Idearum fixarum ortus. Deprauatio cerebri ipſius ab acriori in vnum obiectum intentione, mutationum in anima cauſſa. Quomodo phantaſia corrupta voluntati imperet. Inſania ſeu delirium abſque febre, cum delirio febrili comparatum. Concluſio ex his omnibus, iureconſultos praeſtantiſſimos recte iudicium de facinoribus inſanorum a medicis petendum vrgere, quod ſi ſemper factum fuiſſet, non tot miſeri, pauperculae inprimis anus, veneficii damnatae, ſagarum nomine ad miſerrima crudeliſſima ſupplicia datae fuiſſent*).

II. IOAN. CHRISTOPHOR. POHLII *Progr. de lethalitate vulnerum lienis*, Lipſ. 1772. Primo de ſtabilienda lethalitatis idea diſſeritur, doceturque, diſcrimen inter lethalitatem abſolutam et per accidens ſufficiens eſſe ad ferendum iudicium quod a recentioribus non ita probari, notum eſt: an iure, hic diſquirere nobis non datur), et inde laeſiones lienis, licet non vitalis viſceris, diiudicantur, adduciturque exemplum viri inter rixas fuſtibus ac pedibus adeo male habiti, vt poſt quinque horas obiret; in quo quamuis aliae laeſiones copioſae adeſſent, et inter alia ſcrotum cum teſticulis inflammata et compreſſa, ſub cranio et in caluariae baſi ſerum ſanguine miſtum, in ventriculis cerebri ſerum extra vaſa miſſum, plexus choroideus hydatidibus obſeſſus et glandula pinealis a ſero expanſa, tamen triplex lienis ruptura, effuſo in cauum abdominis ſanguine pondere ſaltim trium menſurarum, vaſis maioribus et vena portarum vacuis, lethalitatem abſolutam euincebant. p. 185.

12, PHIL.

*) Optaſſemus, vt Cl. EDITORI placuiſſet adiungere huic programmati diſputationem b. BOSII de morbis mentis delicta excuſantibus, Lipſiae 1774 habitam.

p. 196. 12. PHIL. CONR. FABRICII *Diſſ. de lethalitate vulnerum ventriculi ſecundum principia anatomica et medica expenſa*, Helmſt. 1751, reſp. AEGID. IUNGEN. Deſcriptio breuis anatomica ventriculi. Modi, quibus idem laedi poſſit, laeſionumque effectus declarati. Signa externa earum. Extiſpicia. Methodus medendi laeſionibus ventriculi. Prognoſis et huic ſuperſtructum iudicium de lethalitate. Argumenta pro lethalitate vulnerum et contuſionum inſignium accidentali; confutatio eorum. Quae cum conueniant tam conditioni viſceris ipſius modoque, quo vtitur natura in ſanandis laeſionibus, quam effatis celeberrimorum auctorum, a nobis iam fuſius enarranda non ſunt. Circumſpectio a ſecantibus obſeruanda, vt ſitum, magnitudinem, figuram vulneris rite inueſtigent, regionem ventriculi laeſam accurate nominent, vaſa et neruos laeſa ratione numeri, magnitudinis, copiamque ſanguinis in illis adhuc reſidui vel in cauum abdominis eum contentis ventriculi emiſſi ſollicite deſcribant. Obſeruationes quaſdam inſperſit Cl. auctor, de viro a pedum calcitratione altero demum die mortuo, in quo, integumentis et muſculis abdominis fere illaeſis, ventriculi et diaphragmatis adeo ingens ruptura detecta eſt, vt vltimi prandii magna pars in thoracem penetraſſet; de abſceſſu inteſtinorum in dextra abdominis parte, pluribus remediis incaſſum tentatis ſolo ſucco herbae recentis cynogloſſi per aliquod tempus quotidie inſtillato ad ſanationem perducte; de ventriculo in cadauere feminae adeo contracto inuento, vt vix inteſtinum duodenum amplitudine ſuperaret.

p. 227. 13. PETR. IMMAN. HARTMANNI *diſſ. ſiſtens medicam tormentorum aeſtimationem*, Helmſt. 1762, reſp. et auct. FRIDER. ADOLPH. DETLEFFSEN. Praeterierunt in honorem humanitatis tempora, quae

quae apud nos eiuſmodi remediis eruendae veritatis vtebantur. Quum tamen in iis magnum vtique momentum in iudicio medicorum ponendum erat, laudabilem operam ſuſcepiſſe Cl. auctorem fatendum omnino eſt ſuoque, quo ſcriptum hoc prodibat, aeuo accommodatiſſimam. Conſuetae iureconſultorum diuiſioni torturae, in territionem et torturam proprie ſic dictam, aliam ſubiungit, ratione habita ſanitatis torquendi, in legitimam et illegitimam. De territione verbali et reali, ad quarum poſteriorem ius Saxonicum ipſum, iam polletrorum fidicularumque applicationis ſeuerioris prima tentamina minus exacte refert; vtriuſque effectus ii, qui a quocumque terrore ſolent proficiſci. De torturae proprie ſic dictae differentiis cum ratione violentiae corpori inferendae, tum ratione inſtrumentorum, ex quibus tam inuſitata, quam vſitata recenſentur*), et ex his, vtpote ſolis pro legitimis habendis, polletrorum funiumque ſeu fidicularum curatius examen inſtituitur. Deſcribuntur igitur primo polletrorum variae ſpecies iiſque legitime vtendi modi, poſteaque illegitimi enarrantur, v. c. ſi fabricae peruerſae fuerint, aut primae, non ſecundae phalangae applicentur, cet. Ad declarandum polletrorum effectum praemittitur anatomica partium affligendarum conſideratio, ex eaque concluditur, non tantum tendines et perioſteum, quae eſt b. HEBENSTREITII ſententia, ſed et cutim, neruos et vaſa iis affici; in illegitima applicatione vulnera ad oſſa vſque penetrantia, vlcera, gangraenam adeo ſpha-

*) Crudeliora tormentorum genera, in primis adhuc huius ſaeculi decenniis in Dania adhibita, quorum applicatio in primo adeo examine hominem innocentem interemit, vide enarrata *im Iournal von und für Deutſchland V. Iahrgang* 1788, *VI. Stück S.* 585.

ſphacelumque, paronychiam, fiſſuras oſſium et vnguium, et quaecumque ex his oriantur mala, produci. Simili dein ratione de fidiculis diſſeritur, quarum aliam methodum in Saxonia ſuperiori, aliam in ceteris Germaniae regionibus, praeſertim borealibus, familiarem deſcribit; errores in vtraque methodo commiſſos v. c. peruerſam earum compoſitionem, applicationem ad articulationes, agitationem in eodem nec mutato loco ad denudationem vſque tendinum, vaſorum, neruorum cet. Effectus funium ex anatomica partium affectarum conſideratione declarati, quatenus vel legitime vel illegitime adhibiti fuerint. His expoſitis in capite altero tractationis paucis adhuc exponitur, quis valetudinis ſtatus vtrumque tormentorum gradum, tam territionem quam torturam ipſam, prohibeat. Oſſium caries aut in eam propenſio, nodoſa chiragra, procliuitas in paronychias, et polletra et funes; tabes artuum, varices, aneuryſmatis ſuſpicio, diffracta quondam in parte tangenda oſſa, denique proiectior aetas, funes vetat, vt alia impedimenta a Cl. auctore enarrata nunc praetermittamus.

Vol. III. Vol. III. 14. ERNESTI GOTTLOB BOSE Diſſertatio prior *de diagnoſi vitae foetus et neogeniti*, Lipſ. 1771, Reſpond. CHRISTOPH. GODOFRED. IOHN. Primo euincitur, animationem fetus a primis eius originibus poſt conceptionem aſſumi debere; poſtmodum ab increſcente eius in vtero vita vitalitatis notio declaratur, non a tempore grauiditatis, ſed a conditione ipſius excluſi fetus determinanda; et ex his tranſitus fit ad ſigna eiuſdem cum in infante, tum in matre. Signa vitae in infante ex ſuperficie corporis: diſtinctio inter recens natum et ante aliquot iam dies excluſum; cutis nitida et expanſa, muco liquoris amnii obducta, vel e contrario rugoſa, maculae liuidae cet. meconii effluxus, dubium indicium;

cium; debita proportio membrorum; pili, ambiguum ſignum, magis certum vngues; oſſium debitum vel imperfectum incrementum; nutritio ſufficiens vel inſufficiens; pondus debitum, ex notiſſimis Cl. ROEDERERI obſeruationibus; longitudo, quam in pleriſque Cel. Auctor vidit 21, non raro 22, in quibuſdam 19, in duobus, a matribus ruſticis progenitis, fere plus quam 24 pollicum; funiculi vmbilicalis longitudo et conditio; ſugillationes, quatenus vitam quidem in partu teſtantur, mortem tamen ex culpa matris non probant, quod ſingulari exemplo illuſtrat Cel. Auctor; laeſiones externae, praecipue fontanellae depreſſio. Calor, motus poſt partum, ſpuma oris, dubia praebent indicia; prior praeſertim incertiſſimum, quum clanculum in lucem infans editus eſt. Conditio placentae, aeque fallax, niſi putredinis indicia fetum in vtero male nutritum fuiſſe doceant. Tandem ſigna ex puerpera, ſed fere omnia non niſi tempeſtiue colligenda: ſanitas durante grauiditate, corporis ac praeſertim peluis bona conformatio, debitum partus tempus iſque ipſe facilior, lochiorum recta indoles, vium fetum; contraria contrarium indicant, comparatione cum infante ipſo ſimul adhibita.

15. EIVSDEM Diſſertatio poſterior *de diagnoſi* p. 38.
vitae foetus et neogeniti. Lipſ. 1771, Reſpond. CAROL. CHRISTLIEB BETHKE. Ab inſpectione externa ad luſtrandas partes internas iam progreditur Cel. Auctor, primoque loco monet ſecantes, vt, ſi euidentes laeſiones ab externis ad internas partes continuatae occurrant, eas primo loco indagent. Conſideratio abdominis: tela cellulosa, muſculi abdominales, viſcerum abdominis conditio ac ſitus, vaſa vmbilicalia, hepar, meſenterium, ventriculus, pancreas, lien, habita praeſertim ratione ſanguinis in omnibus partibus hiſce conſpicui. Inteſtinorum condi-

conditio, quae meconio prorſus vacua, vel tunicam villoſam abſque aliis putredinis in corpore ſignis ſecedentem monſtrantia, vel flatibus multum expanſa, vitae poſt partum ſuſpicionem faciunt. Renum, praeter defectum pinguedinis eoſdem ambientis, affectiones ad definiendam vitam aut mortem vix adhibendae (qua occaſione etiam meminit Cel. Auctor renum in adulti cadauere in pelui inuentorum), neque vrachus, omnino autem veſica vrinaria aut vacua aut plena. Vaſorum maiorum inquiſitio: vacuitas, ſi nulla alia cauſſa pateat, neque corporis ipſius marcor inueniatur, ex haemorrhagia arteriarum vmbilicalium in infante viuo genito orta exiſtimanda eſt. Noxae internae viſcerum, inflammatio, obſtructio, ſugillatio, incerta ſaepe documenta vitae ſub partu vel poſt eundem ſuperſtitis. Pectoris conformatio ſtudioſe examinanda, diiudicandumque, num vitioſa ea vel primo ortui fetus, vel laborioſiori partui debeatur, coſtarum a cartilaginibus ſolutio indaganda, verum in viuo an mortuo contigerit, ex ſanguinis effuſione, inflammatione, aliiſque ſignis. Pleurae conditio, pericardii et cordis, anterioris primo, dein poſterioris examen, collatum cum vaſorum maiorum ſtatu; thymi conditio. Pulmonum diſquiſitio, cui quaedam de reſpiratione recens nati praemittuntur *): ſitus, coloris, copiae ſanguinis in fetu et nato diuerſitas; conditio morboſa, connexio cum pleura praeternaturalis. Experimenti pulmonum in aqua rite inſtituendi ratio: dubiorum aduerſus illud motorum refutatio; mortuorum fetuum, etiam eorum, qui iam externas

*) Quae fuſius poſtmodum expoſuit Cel. Auctor in duabus diſſ. de reſpiratione foetus et neogeniti, Lipſ. 1772. et 1774. quibus ſubiunxit duo programmata lectu vtiliſſima de iudicio ſuffocati in partu foetus in foro adhibendo, ibid. 1778. et 1779.

ternas reſolutionis putridae notas eminentes offerebant, pulmones tam integros quam conciſos fundum petere obſeruauit Cel. Auctor*); cautiones neceſſariae in colligendis ſignis reliquis ad vitam vel mortem diiudicandam et pulmonum docimaſia comparandis. Capitis diſquiſitio: integumenta, oſſa, fontanella, membranae cerebri cum vaſis eas perreptantibus, cerebrum ipſum, eiuſdem ventriculi, medulla ſpinalis, baſis cranii. Examen faucium et interni oris caui: num protinus a partu, antequam reſpirauerit infans, obturatio faucium locum habere queat in partu clandeſtino, ſubdubitat b. Auctor, ideoque alias ſimul conditiones attendendas eſſe monet, quibus modus interceptae reſpirationis pateſiat, v. c. mucum abundantiorem, incongruam conformationem, compreſſionem colli a funiculo vmbilicali cet. Poſtremo diſſerit de debilitate vitae, an vlteriori continuationi ſuffectura exiſtimari potuerit, nec ne; ratione tunc potiſſimum habenda circuli ſanguinis et reſpirationis: in quo tamen diiudicando ſaepius ſectionem non ſufficere, ſed ad acta iudicis regrediendum eſſe.

16. EIVSDEM Progr. *de iudicio vitae ex neogenito putrido*, Lipſ. 1785. In foro de eo tantum diſputatur, num, putredine iam corpus fetus depaſta, determinari poſſit, illum extra vterum vixiſſe? neque ergo de non vitali fetu ſermo eſt. Proportio membrorum putredine non prorſus tollitur; in oſſibus ſaltem incrementi reſtant indicia, indeque vitalitatis ſuſpicionem mouent: ſed nihil ex his cum certitudine colligi poteſt. Varii gradus putredinis a diuerſis eiuſdem cauſſis: mors in vtero materno, tempeſtatis et locorum diuerſae conditiones et viciſſitudines. Examen ſingularum partium, quatenus a putredine mutationem ſubeunt: cutis, muſculi, ex his praecipue abdominales; viſcera abdominis, peri- p. 88.

tonaeum, ſingula plus vel minus putredini obnoxia; vaſa maiora, niſi diutius protracta putredine affecta, tantum ad lethalitatem ex haemorrhagia diiudicandam valent. Cerebrum, per ſe in fetu mollius, putredini eo minus reſiſtit. Maior autem, quam in antecedentibus, exiſtit certitudo vitae poſt partum in viſceribus thoracis, non tamen adeo in corde quam in pulmonibus, qui diutius reliquis partibus intacti perſiſtunt: opus autem eſt, vt primo cum corde adhuc cohaerentes, dein cor ſeparatum ſolum, aquae imponantur; hoc enim ſeorſim natans maiorem gradum putredinis docet, hinc certitudini experimenti obeſt. Inquirendum etiam, num laeſio pectoris acceſſerit, aut eroſio ad interiora penetrauerit, contentis in cauitate viſceribus inde pariter ab aere ingreſſo corruptis.

P. 99. 17. IOANN. DANIEL REISSEISSEN Diſſertatio *de veneficio doloſo*, Argentorati 1781, Auct. et Reſp. IOH. FRANCISC. EHRMANN. Iuridica quidem haec aeque ac ſequens diſſertatio eſt: Cl. Auctor autem ea, quae a Cl. SPIELMANNO et patre medico celeberrimo acceperat, egregie in vſus ſuos conuertit; quare, quae ad medicinam forenſem ſpectant, hic ſummatim exhibere non alienum putamus. Sect. I. praemiſſa ſignificatione vocis veneni apud veteres ac recentiores docetur, quid ſub eodem intelligi debeat: in ſenſu lato nimirum omnis materia, quae humano corpori applicata nocet; in ſenſu ſtricto autem, in quo hic ſumitur, corpus, quod numquam alit, ſed naturam animalem mutat, et vltra certam quantitatem experientia determinatam aſſumtum necat. An dentur venena abſoluta, dubium. Diuiſio venenorum ratione modi agendi mechanica et phyſica, et horum rurſus in corroſiua, ſtupefacientia, adſtringentia et animalia (ad priores claſſes ratione effectuum non referenda); ratione applicationis per inhalationem per cutim, per ingeſtionem; ratione maioris

ioris vel minoris celeritatis caet. Sect. II. diuiſio veneficii in doloſum, culpoſum et caſuale; vltimum non eſt delictum. Definitio veneficii doloſi ſecundum ius Romanum et nemeſin Carolinam; vtriuſque inter ſe comparatio. Notio criminis et doli, huiusque probatio. Corpus delicti quid ſit, huiusque indicia, detegenda ſymptomata, ex ſignorum externorum obſeruatione, interna cadaueris luſtratione, teſtium poſt ſepulturam examine et confeſſione caet. et quandoque forſan cadaueris, vel partis eiuſdem, concrematione. Pretium vnicuique iſtorum modorum ſtatuendum: egregie haec potiſſimum reſpectu duorum priorum modorum habita relatione ad medicos. Caetera, quae de poenis veneficii doloſi, et de effectu eius ciuili propoſuit Cl. Auctor, ad iureconſultos pertinent.

18. IOANN. FRANCISC. EHRMANN Diſſertatio *de veneficio culpoſo*, Argentorati 1782. Veneficium culpoſum Auctori noſtro eſt delictum, quo quis culpa hominis vitae vel ſanitati veneno nocet; vnde ſequitur, notionem veneni hic latiorem eſſe, quam in antecedente diſſertatione aſſumta fuerat. Vberior huius definitionis explicatio. Varia eius immediate commiſſi genera, ſubiunctis ſimul poenarum gradibus. Abortus vel dolo vel culpa procuratus. Poculum ſterilitatis, vix admittendum: caſtratio vero cum hoc crimine coincidit. Pocula amoris, (qualia non quidem amorem, ſed furorem excitantia exiſtere perhibentur), odii, furoris et dementiae, quorum exiſtentiam ZACCHIAS contendit, philtra ſic dicta enthuſiaſtica, a STENZELIO venenis annumerata, ad quae Cl. Auctor refert vnguenta ſagarum narcotica: horum omnium, gradu diuerſo doli diuerſorum, poenae diuerſae. Porrectio cibi et potus vel per ſe vel per vaſa cuprea caet. corrupti. Medicamenta nociua data ab iis, qui me- p. 188.

dicinam non profitentur, vel qui illam profitentur; prolixe ſatis de vtriſque, quatenus ad veneficos doloſos vel culpoſos referri debeant. Cura magiſtratus circa medicos (vbi ſimul monetur, non indiſtincte permitti debere, vt libri de incertis atque periculoſis medicaminibus agentes lingua vernacula ſcribantur aut in eam tranſferantur — optime, ſi nobis quidem iudicare liceat). De veneficio culpoſo mediate commiſſo: infectione per contagia, luem brutorum, recens conclaue; infectio aquarum; noxae a veneno animalibus deſtinato oriundae; animalia in rabiem prona vel venenata; commercium illicitum venenorum cum ſimplicium, tum mangoniorum vini, cereuiſiae, olei oliuarum (ad cuius adulterationes detegendas ablegantur lectores ad Ch. LEHR diſſ bot. med. de olea Europaea, Gott. 1779), pulueris crinalis caet. commercia alimentorum vel medicamentorum morbo, vetuſtate, fermentatione aut alio modo corruptorum.

III.

D. P. S. PALLAS Etatsraths, Profeſſors *der Naturgeſchichte in Ruſſland etc. Characteriſtick der Thierpflanzen, aus dem lateiniſchen überſezt und mit Anmerkungen verſehn von* CHRIST. FRIDR. WILKENS, *und nach ſeinem Tode herausgegeben von* IOH. FRIDR. WILH. HERBST. *Nürnberg in der Raſpiſchen Buchhandlung.* 1787. 4. *Erſter Theil. pagg.* 344. *XI. Kupf. Zweiter Theil. pagg.* 265. *XV. Kupf.*

h. e.

D. P. S. PALLAS Zoophytorum Characteres, e latina lingua in germanicam tranſlati, annotationi-

tionibuſque aucti a CHRIST. FRIDR. WILKENS eiuſque poſt mortem editi a IOH. FRIDR. GVIL. HERBSTIO P. I. et II.

Quanta Cl. PALLAS in omnem hiſtoriae naturalis cognitionem merita ſint, ex operibus, quibus hanc doctrinae naturalis partem amplificauit, luculentiſſime patet, eaque hoc ipſo opere, quod magna cum diligentia elaboratum, ante paucos annos latino idiomate edidit, inſigniter auxit. Promiſerat quidem verſionem germanicam, latina adhuc pleniorem, ipſe curare; negotiis vero impeditus ab hocce abſtinere coactus eſt labore, quem Cel. WILKENS iam ſuſceperat. Hic vero cum ante paucos annos, hiſtoriae naturali, cuius ſtudio flagrauit, fuiſſet ereptus, opus affectum Clar. HERBST magna cum laude abſoluit, quippe qui Verſionem multis in locis vberiorem reddidit, annotationes definitioneſque accuratiores adiecit, figurarum delineationes, quibus latinum opus caruit, partim ex belgica D. BODDAERTII verſione, partim ex Wilkenianis chartis repetitas, ſubiunxit.

Ea hiſtoriae naturalis pars, quae *Molluſcas* praecipue complectitur, per longinquum tempus neglecta iacuit, cum hoc demum ſeculo quidam Zoophytorum hiſtoriam ſibi excolendam ſumſerunt, inter quos tamen perpauci obſeruationes conſignarunt, quibus et intimam plantarum cognationem, et modum organiſationis, quae in animalibus, ſubinde per gradus perficitur, et rationem, qua vita animalis ab atomo animato ad animalia perfectiora adſcendat, illuſtrarent et accuratius finirent. PALLAS Cl. igitur laudabili campum de Zoophytis, hucuſque parum tractatum, excolendi feruore inflatus, ipſe multa, quae in mare germanico, caeteriſque Europae fluuiis procreantur, diligentius inquiſiuit, p. 9.

eorum genera, ſpecieſque accuratius, quam anteceſſores deſcripſit, e quibus, imprimis MARSILIVM, RVMPHIVM, DONATVM, PEYSONEL, TREMBLEYVM, ROESELIVM, e quo delineationes petiit, LINNAEVM alioſque conſuluit. Omnis vero Auctoris opera eo redit, vt ordini cuique fines naturales aſſignaret, ordines ſecundum characteres eſſentiales in genera diuideret, ſpeciebus ſingulis nomen triuiale tribueret, quaecunque denique in ſcriptis iam exſtarent, colligeret. Quas ipſe ſuis oculis non conſpexit ſpecies, vt et ea quae dubiis adhuc vexantur, ſtellula notauit, obſcuriores animaduerſionibus illuſtrauit, ſynonyma recte ordinauit, ſigno denique interrogandi ea inſigniuit, quae in ſcriptis ipſe euoluere non potuit. In generibus *Brachionos* ab *Hydris*, *Antipathes* ab *Gorgoniis*, et ELLISII auctoritate *Cellularias* ab *Septulariis* ſeparauit; propter cognationem nonnullarum *Eſtcharorum*, quas LINNAEVS inter *Milleporas* poſuerat, vt, et quasdam *Milleporas* ad *Madreporas* accuratius reduxit. Lithophytorum vero genera ſeiunxit, aptiorem locum, finesque proprios aſſignauit. Quorum a Zoophytis diſcrimine ſublato, vtraque ſub Zoophytorum nomine comprehenſus eſt.

p. 25. In prolegomenis quaedam de natura Zoophytorum affert, quo in loco vulgarem hiſtoriae naturalis in tria regna diuiſionem reiicit, eorumque loco *Bruta*; *Inertia*, et *Organica* aſſumit. Tranſitus plantarum in regnum animale. Corporum organicorum compoſitio et differentia. Plantarum natu-

p. 31. ra earumque diuerſi perfectionis gradus. De Zoophytorum phyſiologia vberius. Ad eorum claſſificationem. Veteres *Lithophyta* et *Ceratophyta* in plantas marinas *Corallinas* et *Sertularias in Muſcos*; *Alcyonia*, *Eſcharas* et *Pennatulas* in *Fucos* propter eorum ſimilitudinem, minus recte retulerunt. Recentiores

tiores vero longe aptius ad animalium ordinem redegerunt. Initium in generum ac ſpecierum deſcri- p. 49.
ptione capit ab HYDRIS, (*Armpolypen*) quae vegetant, vndique fluctuant, ſtirpe ſimplici, nuda, medullari, molli inſtructa et facultate incuruandi praedita ſunt. Si lineae ſeruant directionem, anteriorem ipſorum partem, filamentis capillaribus ſetiformibus cinctam, conſpicimus, e lateribus contra proueniunt gemmae, quae ſuo tempore vt polypi decidunt. Nomen Hydrarum, quas REAVMVRVS Polypos appellauerat, Noſter a LINNAEO repetiit, ipſarum vitae genus, multiplicationem, regenerationem, ſtructuram atque ouula deſcribit. Vnam modo ſpeciem LEVWENHOEKIVS primus nobis conſignauit, cui TREMBLEYVS nouas tres adiecit, vt IUSSIEVO atque Auct: pauca praecipuede earum mutationibus, addenda eſſent relicta, ſpecies a ROESELIO bene definitas, a LINNAEO autem pro varietatibus venditatas, Noſter, veras habet in quarum cuiuſque deſcriptione nomen triuiale, multa ſynonyma, definitionem, deſcriptionem, patriam affert, quibus denique additamenta duumuirorum WILKENS et HERBSTII ſubnexa ſunt. Species laudan- p. 53.
tur, ſequentes; 1). *Hydra abligactis* Fig. 1. 2). *H. vulgaris*. Fig. 2. 3). *H. viridiſſima*, Fig. 3. 4). *H. ramoſa*. 5). *H. ſquamata*.

Genus II. ESCHARAS (*Corallenrinden, Seegrin* p. 60.
de) continet. Sunt Zoophyta, quae plantarum in modum vegetant radicanturque; Stirps tunicata, ſublapidea, multipartitis et decidentibus gemmis concreta; margo per gemmas clauſas magis magisque increſcit; gemmae paulatim orificiis erectis germinantur. LINNAEVS hiſce ab omnibus ſcriptoribus ad noſtra vſque tempora *Eſcharas* recte appellatis, in Fauna Suecica *Fluſtrarum* nomen incongrue dedit. Botanici veteres eas, quae ob ſubſtantiam cor-

neo-lapideam fluxiliores ſunt, in *Fucos* retulerunt; recentiorum vero plurimi inter *Milleporas* male ordinarunt. De quibus denominationibus Cl. WILKENS varia addidit. Auct. in vaſa paruula, aut Gallericulas, ea ouula reponere, exiſtimat. Primusque IVSSIEVS hoc genus conſpexit, quod iam, quamuis macrum adhuc, Linnaeano tamen, cui ſex modo ſubiectae ſunt ſpecies, *foliacea*, *ſecurifrondis*, *piloſa*, *purpurea*, *membranacea* atque *lineata*, reliquis
p. 66. duodecim ad varietates relatis, longe accuratius ordinatum eſt. Sequentes enim ſpecies enarrantur: 1) *Eſchara lutoſa* Fig. 4. 2) *E. ciliata*. 3) *E. eroſa*. 4. α) *E. cruſtulenta*. β) *E. areolata*. 5) *E. faſcialis*. Fig. 5. et 6. quam Auct: in α) *E. faſcialem* et β) *E. lamelloſam*, ſubdiuidit. 6) *E. Colonica*. 7) *E. Spongites*. 8) *E. Formiculoſa*. 9. *E. annularis*. 10) *E. hiſpida*. 11) *E. piloſa*. 12) *E. foliacea* Fig. 7. 13) *E. Frondiuſcula*. 14) *E. papyracea*. Fig. 8. quae cum *E. Frondiuſcula* ratione figurae maxime conuenit. 15) *E. ſecuriformis* Fig. 9. 16) *E.* (*Fluſtra* L) *membranacea*. 17) *E.* (*Fluſtra* L) *lineata*. 18) *E.* (*Cellepora* L) *ramuloſa*. 19) *E.* (*Cellep:* L.)
p. 94. *hyalina*. 20) *E.* (*Cellep.* L) *verrucoſa*.

Genus III. complectitur CELLVLARIAS (*Zellencorallinen*). Sunt Zoophyta, quae plantarum more viuunt ac vegetant, quorum retinent figuras; ſtirpe nuda, ex gemmarum ſeriebus appoſitis compoſita, ramoſa, ſaepius geniculata, valde lapidea tubulorumque paruorum ope radicata, inſtructa ſunt. Ex vniuſcuiuſque gemmae oculis, Flores viuificantes proueniunt. Ipſe quidem ſe veſiculas, ouorum nidis ſimiles, modo in Cellularia falcata et eburnea deprehendiſſe, in Cellularia vero auicularia et Neritina, Gallericulas paruas vel Calyculos peculiares, qui ſtirpe integra voluntarie mouentur,
p. 97. quae vtraſque *Sertulariis* aliisque proximas eſſe detexiſſe narrat. I) Cellulariae geniculis et omnibus

in

in lateribus gemmis inſtructae 1) *Cellularia opuntioides.* 2) α. *Salicornia* F. 10. A. B. 2) β. *C. filiformis.* 11) *Cellulariae* partibus mono-articulatis. 3) *Cellularia loriculata* F. 11. 4) *C. Burſeria.* F. 12. A. B. 5) *C. plumoſa.* F. 17. 6) *C. Neritina* 7) *C. Auicularia.* Fig. 14. A. B. 8) *C. floccoſa.* 9) *C. criſpa* 10) *C. piloſa.* 11) *C. ſcrupoſa.* 12) *C. reptans.* 13) *C. ciliata.* 14) *C. eburnea.* 15) *C. fulcata.* 16) *C. clauata.* 17) *C. anguina.*

Genus IV. ſiſtit TVBVLARIAS. (*Pfeiffenkoralline, Seekoecher*). Zoophyta plantarum in modum viuunt ac radice inſtructa creſcunt. Stirps eorum eſt tubus corneus aut ſimplex, aut ramoſus, qui loco fixo tenetur, et ex ſuperiori fine animalcula gignit, in capite pluribus antennis, figuram criſtae repraeſentantibus, inſtructus. Noſter hoc genus cuius detectionem LVIDIO (LHUY) tribuit cum *Serpulis* cognatum habet. Species; 1) *Tubularia Corall. copiae.* 2) *T. calamaris.* F. 15. 3) *T. muſcoides.* F. 16. 4) *T. ramea.* 5) *T. trichoides.* F. 17. 6) *T. cryſtallina.* 7) *T. gelatinoſa.* 8) *T. Paucillus.* 9) *T. papyracea.* 10) *T. fungoſa*, quam Auctor an. 1768 in parte limoſa fluminis ſic dicti Cliaſmatis, quod a Ruſſis Stariza appellatur, iuxta vrbem Woldimir, poſtea quoque in Ocea et Wolga, primus reperit, denique 11) *T. Caſpia.* p. 114.

Genus V. BRACHIONOS ſ. VORTICELLAS L. (*Afterpolypen* Roeſ. *Wirbelthierchen* L) habet. Haec minora, ſimplicia, nulli loco affixa, frequentius compoſita, cum plantis conueniunt. Praeter eorum petiolos, ſuperiora verſus limbum habent conſtrictum et reniformen, vndulatim ſeſe mouentem, plurimis pilis cinctum. Brachioni nomen HILLIVS primus introduxit, qui ipſos in ſimplices et plantarum more creſcentes, diſtribuit. Ad illos capſuliflorus, calyciflorus, hyacinthinus referuntur. p. 128.

p. 131. Species conſtituit ſequentes. 1) *Brachionum Tubi-cem* * 2) *Br. capſuliflorum.* 3) *Br. calyciflorum* * 4) *Br. hyacinthinum* * 5) *Br. rotatorium.* 6) *Br. Proteus* * 7) *Br. Stentorium.* 8) *Br. ſocialem.* 9) *Br. campanulatum* Fig. 20. 10) *Br. ramoſiſſimum.* 11) *Br. anaſtaticum.* 12) *Br. acinoſum.* 13) *Br. Crataegorium* * Fig. 22. 14) *Br. pyriformem.* 15) *Br. berberiformem.* 16) *Br. digitalem.* 17) *Br. operculatum* * Fig. 23. 18) *Br. tuberoſum* *.

p. 146. Genus VI. SERTVLARIAS (*Blaſenkorallinen*) tradit, quae in modum plantarum vegetant, quibuscum quoad figuram conueniunt. Stirpes earum tubi cornei inſtar calyculis paruis cinctae ſunt, e quibus flores polypoſi cum medulla animali, non interrupte enaſcuntur; Quaria ex ſingulis veſiculis quibus polypi habitant, formantur. Originem ipſarum, ſtructuram, partes, ſubſtantiam, nidulos, vegetationem, plantis ſimilem, ordine perſpicuo proponit ipſasque artem ſuccum nutritium exſugendi tenere, probat. Species enarrantur: 1) *Sertularia halicina* Fig. 24. H. et B. a. b. c. 2) *S. ſericea.* 3) *S. verticillata* * 4) *S. gelatinoſa.* 5) *S. geniculata.* 6) *S. longiſſima.* Fig. 25. A. B. a. d. e. 7) *S. yniflora.* 8) *S. volubilis.* 9) *S. acinaria.* 10) *S. lendigera.* 11) *S. Cuſtuta.* 12) *S. rugoſa.* 13) *S. Ericoides.* 14) *S. Tamariſcum.* 15) *S. Nigellaſtrum.* 16) *S. pumila.* 17) *S. Aſneoides.* 18) *S. abietina.* 19) *S. nigra.* 20) *S. pinnata* 21) *S. articulata.* 22) *S. Lichenaſtrum.* 23) *S. cedrina* * 24) *S. purpura* * 25) *S. Thuia* Fig. 26. A. a. b. c. B. au. D. 26) *S. cupreſſina.* 27) *C. Falcata.* 28) *S. antennina.* 29) *S. ſetacea.* 30) *S. Pluma.* 31) *S. echinata* * 32) *S. ſpinoſa.* 33) *S. Myriophyllum.* 34) *S. S. Hypnoides.* 35) *S. Filicina.* 36) *S. fruticans.* 37) *S. Gorgonia.*

Genus VII. exhibet GORGONIAS, (*Seeſtauden, Hornkorallen, Meerſtraeucher*) quae omnia ſic dicta Litho-

Lithophyta, Lithoxyla et ceratophyta continent. Haec vero Zoophyta in modum plantarum creſcunt et viuunt, ſtirpe ſunt inſtructa, cornea, ſtriata, paulatim tenui, cincta ſunt ſuperficie gradatim ſeſe expandente, molli, cellulari atque poroſa, e qua polypi florum ad inſtar egerminant. *Gorgoniae* naturam, ortum, figuram, ſubſtantiam, vegetationes modum auct. enarrat; WILKENS vero de origine nominis, de patria, diſtinctione corticis ipſarum ſecundum tres colores rubrum, flauum, albumque, diuerſimode variantes, in animaduerſionibus agit. Diuiduntur ſpecies in ordines ſequentes: in a) *Gorgonias reticulatas*, ad quas 1) *G. Ventilabrum.* 2) *G. reticulum* Fig. 27. 3) *G. Clathrum.* 4) *G. Flabellum* Fig. 28. 5) *G. aceroſam.* 6) *G. pinnatam* Fig. 29. quae ante noſtrum a nullo ſcriptore bene deſcripta eſt. 7) *G. ſanguinolentam.* 8) *G. violaceam* 9) *G. verticillatam.* 10) *G. pectinatam.* Fig. 30 – *B) Gorgonias ſimplices.* 11) *G. elongatam.* 12) *G. iunceam.* Fig. 31. 13) *G. ſcirpeam.* 14) *G. ſetaceam.* 15) *G. ancipitem.* 16) *G. viminalem.* 17) *G. Ceratophytam.* 18) *G. purpuream.* 19) *G. Saſapponem.* 20) *G. Palmam.* 21) *G. radicatam.* Fig. 33. 22) *G. ſuberoſam* Fig. 34. 23) *G. coralloidem.* 24) G. *antipathem* 25) *G. petechizantem.* 26) *G. verrucoſam.* 27) *G. muricoſam.* 28) *G. ſuccineam.* 29) *G. Placomum.* LINNAEVS inuentor hoc ea nomen propter corpus erectum indidit. 30) *G. mollem.* 31) *G. Suſedam* et 32) *G. flagelloſam.* Quam MÜLLERVS hoc modo deſcribit. Infra corticem ſtriata, perlongis et flexibilibus ramis, cortice cinereo punctato, craſſo et valde fragili. p. 203, p. 225.

Genus VIII. ANTIPATHES (*Stachelkoralle*), quae ſimiliter quoad vitam et vegetationem cum plantis conueniunt, ſiſtit. Ipſarum ſtirps cornea, extrorſum ſcabra ſuperioraque verſus diametri ratione decreſcit, baſis vero magis ſeſe expandit. Ex p. 266.

cortice

cortice earum gelatinoſo, ſuperſtrato, polypi proeunt. Niduli oculorum ſtirpi corneae, cuius calyculi criſpoſi ſunt, adhaerent. Auctor, vt et reliqui de earum nomine et ſignificatione dubius admodum, eas propter naturam creſcendique modum cum genere antecedente maxime conuenire opinatur; quo conſilio vtriuſque examinat differentias.

p. 269. Decem ſpecies continentur. 1) *Antipathes Euenculacea* Fig. 36. 2) *A. Ericaulis.* 3) *A. pennatea.* 4) *A. myriophylla* 5) *A. Flabellum.* 6) *A. cluthrata.* 7) *A. cupreſſina.* 8) *A. Orichalica.* 9) *A. dichotoma.* 10) *A. ſpiralis* Fig. 37.

p. 282. Genus IX. ISITES (*Edle Corallinen*) habet. In modum plantarum creſcunt, quibus quoad figuram ſimiles ſunt. Stirps eſt lapidea, ad longitudinem vaſorum minimorum poroſa, ſaepiuſque articulata, cortice molli, verrucis calyciformibus punctato, cincta, e quibus verrucis ouula ſub floreſcentiam aperiuntur, et polypi, quorum flores vndique antennis inſtructi, proueniunt, rurſuſque ſeſe recipiunt. De ipſarum nomine, cognatione cum Gorgoniis, ſubſtantia partibuſque diſſeritur. Species ſunt perpaucae. 1) *Iſis nobilis* Fig. 38 2) *I. dichotoma.* 3) *I. ocracea.* 4) *I. Hippuris.*

p. 304. Genus X. agmen in priori parte claudit atque MILLEPORAS (*Punctkorallen*) in ſcenam producit. Ratione vegetationis vitaeque antecedentibus ſimiles; ſub ſtirpe minus compacta et ramoſa, poris cylindriformibus. Polypi oblongi prodeunt. Multa ipſis cum *Tubulariis* et *Cellulariis* et quibuſdam *Madreporis* ſunt communia. Species proponuntur XVII. 1) *Millepora Frondipora.* 2) *M. hetipora* Fig. 40. 3) *M. calthrata.* Fig. 41. 4) *M. lichenoides.* Fig. 42. 5) *M. pinnata* Fig. 43. 6) *M. liliacea.* 7) *M. truncata* Fig. 44. 8) *M. miniatea.* 9) *M. ceruicorus.* Fig. 45. 10) *M. pumila.* 11) *M. pumicoſa.* Fig. 46. 12) *M. coeruſea.*

oerulea. 13) *M. violacea.* 14) *M. tubulifera.* 15) *M. lciformis* 16) *M. Agariciformis.* 17) *M. calcarea.* Praeter quas WILKENS alii, quae Auctori ignotae fuerant; *Milleporam asperam, solidam, compressam, liniatam, Seticulum* atque *Spongitem, descripsit.*

Genus XI. MADREPORAS. (*Madreporen, Stern-* P. II.
corallen). Quae modo simplicia sunt, modo planta- p. 3.
rum figuras retinent, eadem ratione crescentes. Corallia ipsa saepius cellulosa, plantarum ad instar vegetant, aut ex apice aut superficie stellulas ex lamellis vel striis conuexis compositas, emittunt polyposque continent. LINNAEVS hoc genus, quod ad Lithophyta reduxit, in tres ordines, in simplices, compositos et aggregatos, distribuit. Priori, quae corpore vnico, stella vna constant, secundo, quae ex pluribus *Madreporis* simplicibus, proliferis, distinctisque gignuntur; tertio denique quae stellis pluribus inter se concretis, distinguuntur, adscribit. IMPERATVS primus per obseruationes cum *Madr. ramea* institutas Madreporas non ad Lithophyta, sed Zoophyta esse referendas coniecit, quam viam RVMPHIVS, PEYSONEL atque DONATVS secuti sunt. Noster sex ordinibus hoc genus absoluit. 1) *Madreporis Simplicibus.* 2) *M.* α. *Concatenatis.* β) *Conglomeratis*, quas HILLIVS et BROCONE Myredias appellarunt. 3) *Aggregatis.* 4) *Dichotomis.* 5) *Vegetantibus et* 6) *Anomalis.* Omnibus vero extremitates et superficies coralliorum compactiorum fuscae et tubuliformes interius conuexo-striatae et lamellis refertae, communes sunt, a *Milleporis* eo praecipue distinguantur, quod lamellis sensim sese tangentibus in multa loculamenta subdiuidantur. *Madreporas*, quae lapidum formam subierunt, quas Auctor in itinere per Prouincias Russicas reperit, ac tenuibus stratis, paruis tritici granis similibus, corpusculis striatis, quae confracta *Madreporae* tex-

turam

turam repraeſentant, conſtare, putat; neque Corallia paruula, quae FERD: BASSVS in flumine ſe dicto Lauda repertas in *Madreporas* retulit, commemorat. Multae huius generis exhibentur ſpecies. 1) *Madrepora verrucarina* 2) *M. Fungites.* Fig. 44. 2) β) *M. echinata.* 3) α) *M. Pileus* Fig. 48. β) *M. Talpa Marina.* 4) *M. Agaricites.* 5) *M. Lactuca.* Fig. 49. 50. 5) β) *M. Elephantotes.* 6) *M. exeſa.* 7) *M. cruſtacea.* 8) *M. Meandrites.* 8. β) *M. Areolata.* Fig. 51. 9) *M. Labyrinthina.* 10) *M. lacera.* 11) *M. anguloſa.* Fig. 52. 12) *M. faſtigiata.* Fig. 53. 13) *M. ramea.* Fig. 54. 13. β) *M. trachiformis.* 14) *M. diſcoides*, quae a BODARTIO *Het Wapje* appellatur. 15) *M. proliferа.* 16) *M. aculeata.* 17) *M. virginea.* Fig. 55. 18) *M. roſea.* 19) *M. hirtella.* 20) *M. Cariophyllites.* Fig. 56. 21) *M. flexuoſa.* 22) *M. Organum.* 23) *calycularis.* 24) *Fauites.* Cuius ſpeciei eſſentiales conſtituunt: ſtellae peripheriam anguloſam habentes, cylindrus extimis ſtriatis conuexae, cum lamellis ſuper cylindros non eminentes neque ſuperficie antrali praeditae. Numerus lamellarum ex WILKENS obſeruatione admodum differt, vt 20–40 reperiantur; FORSKOEHLIVM diuerſam magnitudinem ſtellarum, partim modo anguſtam, modo latam cylindrorum, partim ſolidam et laxam ſubſtantiam ſpecies diuerſas *M. Fauoſam et Fauum conſtituiſſe* — 25) *M. Aſtroitea* 26) *M. Ananas.* F. 57. 27) *M. radians* et 28) *M ſtellaris.* Species a no. XXI vſque ad num. XXVIII. a veteribus *Aſtroitae* appellatae ſunt, eaſque accuratius deſcriptas delineataſque ſe editurum eſſe auct. promiſit WILKENS vero notionem veram ipſarum numerumque adiecit.

p. 16.

A veteribus enim *Madreporae* atque *Aſtroitae* habebantur eae, quae ſignificationis ſimilis ratione a ſe diſtingui poterant; ſed LINNAEVS atque Noſter primum

primum vocabulum in ſenſu latiori aſſumſerunt, vtramque denominationem promiſcue inſignientis ſpecies. E contrario autem WALCHIVS vocabulum *Madreporarum* modo vſus eſt in *Madreporis ramoſis et vegetantibus* et *Aſtroitas* nominat eas, quae ſtellularum aggregatarum congeries formant. *Aſtroitas* enim in duos ordines naturales, nempe in *Aſtroitas* radiis erectis, et in *Aſtroitas* radiis curuatis WALCHIVS diuidit. Ille ordo ſtellas angulatas et rotundas, quae vtraeque in ſuperficie, margine, directione, magnitudineque valde diſcrepant; hic autem ſtellas planas, ratione radiorum longitudinis diuerſas et conuexas, comprehendit. Aſtroitarum lapideſcentium, quae circa Traiectum ad Moſam reperiuntur, claſſificationem difficilem ex WILKENS ſententia; 1) *Aſtroitas columniformes* 2) *A. conicas*, 3) *M. papilliformes* et *A. verrucoſas* cum faſciculis filamentoſis ſtelliformibus reperiri. — 27) *Millepora porites.* p. 103. Varietatem eiuſdem in MVSEO *Principis Orangiae* auct: vidit. Extremitates ipſius erant valde exiguae et fere perpendiculares, quae in ramos minus maiores, obtuſos erectosque, dichotomos, diuidebantur; ſed rami omnes latus verſus alterum deſcendebant. Structura autem cum ipſa ſpecie vera conuenit atque ex America venit. - 30) *M. digitata.* Subſtantia eius magis lapidea duriorque, quam ſpecies antecedens, et inter *M. Poritem* et *M. Ceratoſpinoſam* medium locum tenet, patriaque eſt Oceanus indicus. 31. α) *M. aratoſpinoſa* et β) *M. muricata.* Auctor tres varietates 1) M. ramoſam 2) corymboſam et 3) eam, cuius maſſa modo lata et variis modis formata, modo cortices ſunt craſſi, qui aliis corporibus adhaerent, affert. Quas omnes tres Indiam orientalem ac occidentalem incolunt. — 32) p. 114. *M. Crates.* Ratione figurae haec Boleto valde ſimilis eſt. Subſtantia ipſius alba vt denſa. Ex Oſtindia

venit.

venit: Hanc ſpeciem perraram a BODARTIO, *De Trecher*, eſſe appellatam, WILKENS narrat. — 33) *Madr. foliosa.* Fig. 58. 34) *M. Damicornis.* Tres varietates ab auctore afferuntur; prima ramoſa, in truncum vnius pollicis magnitudine adſcendens ramulis mammiformibus obſeſſa eſſe; Secunda pumila fruticulam, ramis multis breuibus ſimulque craſſis dichotomiſque compoſitam, refert, quae extrema approximatis papilliformibus in ramoſam et tuberoſam abit; vltima denique tenuis, ſuperiora verſus tenuior, in ramulos perplurimos dichotomos diuiditur; extremitates eiuſdem ſubulatae, acuminatae, cornuique ceruino ſimiles, – 35) *M. ſeriata.* 35) a) *M. arenoſa.* L. 35. b) *M interſtincta.* L. 35) c) *M. acropora.* L. 35. d) *M. punctata.* L. 35. e) *M. truncata.* L. 35. f) *M. ſtellaris.* L. 35. g) *M. Organum.* L. quae ipſa ab *Millepora Organo* LINN. corporum cylindricorum abſentia diſtinguitur, et ſi quaedam adſunt, maxime ab illis differunt – 35. h) *M. diuergens.* (FORSK). 35. i) *M. flexuoſa.* Cel: LINNAEVS hanc propriam habet ſpeciem, PALLAS non modo varietatem *Madreporae iunceae.* 35. k) *M. pectinata* WALCH: Noſter pro varietate *M Aſtroites* habet. 35. l) *M. rotularis* W. 35. m) *M. tubularis* W. Cylindris conſpicuis et ſtellulis diſtinctis, e fex lamellis exiguis formatis, inprimis ornata. Centrum ſtellae ſcabrum et perforatum; ſuperficies contextus ſpongioſi aſpera atque lamellis irregulariter decurrentibus circumcincta eſt – 35. n) *M. mammillaris.* W. 35. o) *M. Puttelloides.* W. 35. p) *M. globularis*; centro lato, perforato ab antecedentibus diſtinguitur. 35. q) *M. Filum.* Centrum paruum, profundum; ſuperficies vero laeuis cum *Madr. Puttelloide* admodum conuenit. – 35. r) *M. perforata* W. 35. ſ) *M. vermicularis.* 35. t) *M. Arachnoides.* W. 35. u) *M. vndulata.* 35. w) *M. ſolida.* Calx ex ipſa

vſta,

yſta, alba, ſubtilis atque egregia. 35. x) *M. Monile.* (FORSK.) 35. y) *M. Daedalea.* (FORSK.) 35. z) *M. monaſtriata.* F. 35. aa) *M. Contignatio.* F. 35. bb) *M. Cactus.* F. 35. cc) *M. conico-truncata.* F. 35. dd) *M. incruſtans.* F. 35. ee) *M. Chalcidium.* F. 35. ff) *M. concamerata.* F. 35. gg) *M. corymboſa.* F. 35. hh) *M. gemmeſtens.* 35. ii) *M. problematica.* 35. kk) *M. ſpuria.* 35. ll) *M. polygama*, et 35. mm) *M. paralytica.* (FORSK.)

Genus XII. TVBIPORAS (*Ruchnencoralle*) ſiſtit. p. 150.

Zoophyta ſunt polymorpha, irregularia. Corallia ipſa, ex tubis aequalibus, diuaricatis atque ſeparatis, conſtituuntur; tubuli articulati cum canali parvulo, continuo, introitu ſuo ſtellae figuram formante, connectuntur. Natura *Tubiporarum* ignota, quarum vna modo ſpecies huc vſque cognita eſt. Veteres quidem *Tubulariam* in mare eſſe planetae fauoſae inſtar, ex qua vermes oriuntur, opinati ſunt. Ex narratione Nauarchorum *Tubiporam* vermibus paruis oblongis impletam eſſe Noſter accepit, qui ex tubulis, ſi prouenerunt, periculo ipſis imminente, in receptaculum rurſus ſeſe recipiunt. Minus accurate LINNAEVS ordinauit genus, cum *Milleporam tiliaceam*, ob poros tubuliformes, *Tubiporam papilloſam* eiuſdem varietatem, quae magis ſeſe expandit, *Tubiporam repentem*, appellauit; *Brachionum capſuliflorum* et *Tubulariam gelatinoſam* ROSSELII ablegauit, illamque *Tubiporam Vrceam*, hanc *Tub. repentem*, nuncupauit. Species huius p. 152. generis: 1) *Tubipora purpurea.* Fig. 59. PETIVERVS atque SEBA varietatem tubis magnis inſtructam depinxerunt; RVMPHIVS, in Mare Amboinae Moſſue hanc eſſe magnitudinis capitis humani, maioremque adhuc in Mare rubro obuiam eſſe, narrat. Ipſum genus magiae variiſque cum ſuperſtitionibus inſeruit. Inſularum incolae Moluccarum arboribus,

ſpoliatores ipſorum fructuum herpetinis rubris notari, opinantes, imponunt, neminique in lapidibus, vbi haec ſunt, ſedere licet, ne diabete vrente ac dolorifica afficiantur metuentes. Iauanenſes vero atque Moluccenſes, tam ſenibus, tam pueris ipſam in puluerem redactam in ſtranguria commendant et in Inſula Celebis vulneribus, per venenata animalia illatis, inſpergitur. — Quaſdam adhuc ſpecies addidit. a) *Tubiporam flexuoſam.* Fig. 60. b) *Tub. faſcicularem. L.* c) *Tub. catenulariam.* d) *Tub. ſerpentem.*

p. 158. Genus XIII. ALCYONIA (*Seekorke.*) Nonnulli *Meerneſter* appellant. Vita atque vegetatio antecedentibus ſimilis. Stirps ipſorum vno loco firmiter adhaerens connectitur cum ſubſtantia cartilaginoſa, quae interior ſpongioſa, exterior cruſta duriore, cincta eſt; cuius cruſtae orificia fere ſunt ſtelliformia, mammilifera, e quibus Polypi egrediuntur; quorum antennae pilis diſtinctae aeque ac radii expanduntur ouulaque reponunt. Naturae nominibus, ſtructura enarratis, nonnullas ſpecies, quae ramos diſpandunt, gemmaſque edunt, cum *Gorgoniis* conuenire, variaſque ſubire formas Auct. monet. Species ſunt: 1) *Alcyonium Asbieſtinum.* p. 162. 2) *Alc. Alburnum.* Rariſſima, in *Muſeo* tamen *Principis* Oraniae exſtat. Patria eſt Oceanus Indicus orientalis; ob colorem lacteum *Alburnum* dictum. — 3) *Alc. arboreum.* Quod in aere humido viuere WILKENS dubitat. — 4) *Alc. palmatum.* MARSILIVS primus detexit eiuſdemque Flores accurate deſcripſit. — 5) *Alc. polypoſum.* Fig. 61. 6) *Alc. lobatum.* 7) *Alc. Burſa.* In littore Suſſexiae repertum ao. 1762. Noſter deſcripſit; cauitas eiuſdem obliqua pudendis mulieribus eſt ſimilis, vnde denominatio quoque deriuata eſſe videtur. HILLII vero opiniones fuſius hic repetuntur.

tuntur. — 8) *Alc. gelatinoſum.* 9) *Alc. Sloſſeri.* Fig. 62. a. b. Repertum in mare mediterraneo. 10) *Alc. Ficus.* Fig. 63. IMPERATVS et MERCATVS, hanc eſſe quintam ſpeciem *Alcyonii* DIOSCORIDIS, exiſtimant. In mari mediterraneo et anglico. 11) *Alc. cotoneum.* Quibus etiam *Alcyonium Manus Diaboli*, quod Littus Iſlandicum amat, ab Auctore adnectitur.

Genus XIV. PENNATVLAS (*See ſ. Meer-Federn*) ſiſtit. Vita et vegetatio in his cernitur; ſtirps cornicea quaquauerſum mouetur, pro fulcimento inſtructa eſt oſſiculo, polymorpha, polypos, antennas radiatas ſaepiuſque calyces paruos referentes ouulaque ponentes, gignit. Structura non ſecus atque figura inter ſe differunt; aliae enim lamellis paruulis falciformibus radiatis, ſquammoſis, inſtructae ſunt, e quarum margine conuexo, polypi prodeunt; aliae cylindrum referentes qui vndique ex ſubſtantia intima parenchymatoſa procreant polypos. Omnes fere polypi oſſiculo vnico gaudent, cum carne parenchymatoſo concretum, in muſculoſis partibus libere vagatur. Ipſum autem oſſiculum figurae, modo ouatum, vt in *Pennatula phalloide*, modo quadrangulare, vt in *Penn. quadrangulari*, Encrinio, retinet. Cum BOHADSCHIO et ELLISIO putat Auct. haec Zoophyta non certo teneri loco, ſed facultate mouendi ſpontanea praedita eſſe, eiſque polypos innumerabiles pro totidem orificiis eſſe. Species ſunt: 1) *Pennatula Encrinus.* p. 203 Quam ab ELLISIO in Polypos et LINNAEO in Iſites relatam recte BOHADSCHIVS ad hoc genus reduxit. — 2) *P. grandis;* vt et ſequentes, non ſatis cognita eſt. 3) *P. gryſea.* Fig. 65. 4) *P. rubra.* Fig. 66. Varietas huius longior tenuiorque, primis anguſtioribus magiſque diſtantibus, calyculis paruis congeſtis, admodum prominentibus, p. 200.

a priori diſtinguitur. Mare mediterraneum frequentiſſime colit. Auctor ſub hac ſpecie *Pinnatulam phoſphoram* LIN. complectitur. — 5) *P. mirabilis.* 6) *P. iuncea.* 7) *P. Scirpea.* 8) *P. quadrangularis.* 9) *P. phalloides.* Fig. 67. 10) *P. Cynomorion.* Fig. 68. 11) *P. reniformis.* Fig. 69. Nullo oſſiculo inſtructa a LINNAEO in Alcyoniorum genus eſt redacta. —

p. 212. In genere XV. SPONGIAE (*Saugſchwämme*) traduntur. Haec Zoophyta ſine dubitatione vegetant vitamque magis inertem gerunt. Stirps ipſorum polymorpha fibris cum muco gelatinoſo, cui vis quaedam ineſt, conſtituitur. Ora eorum aut claudentia, aut aperta, aut in ſuperficie caua et cel-
p. 214. luloſa reperiuntur. Species complectitur ſequentes: 1) *Spongiam lichenoidem.* 2) *Sp. floribundam.* 3) *Sp. Baſtam*, quod nomen ſignificat pannum ſtupeum. 4) *Sp. flagelliformem.* Fig. 70. 5) *Sp. faſciculatam.* 6) *Sp. fibrilloſam.* 7) *Sp. tubuloſam.* 8) *Sp. fuluam.* Fig. 71. a. b. 9) *Sp. fluuiatilem.* 10) *Sp. fiſtulantem.* 11) *Sp. crateriformem.* 12) *Sp. officinalem.* 13) *Sp. punniceam.* 14) *Sp. ceruiconem.* 15) *Sp. muricatam.* Fig. 72. 16) *Sp. rubentem.* Fig. 73. 17) *Sp. occultam.* 18) *Sp. papillarem.* Fig. 74. 19) *Sp. faſtigiatam.* Fig. 75. 20) *Sp. villoſam.* Fig. 76. 21) *Sp. ſinuoſam.* 22) *Sp. ſuuernoſam.* 23) *Sp. frondoſam.* Fig. 77. 24) *Sp. foliaſcentem.* Fig. 78. 25) *Sp. ſtrigoſam.* Fig. 79. LINN. hanc et *Spongiam Ventilabrum* in vnicam coniunxit — 26) *Sp. agaricinam.* 27) *Sp. Typham.* 28) *Sp. membranoſam.* Fig. 81. 29) *Sp. Baikalenſem.* Quae ab Auct. hoc modo deſcribitur: Cylindri ipſius in altitudinem pedis ſeſquialterius eminentis, craſſitie vnius pollicaris, ſuperiores ſubramoſi, hinc et illinc coaleſcunt, aut certe lati palmaeque manus ſimiles ſunt. Haec autem in ru-

pibus

pibus Baikalenſibus Sibiriae frequenter creſcit, ibique ſub nomine *Monſkaja Gabba* (*Seeſchwamm*) hoc conſilio colligitur, quod a fabris argentariis Irkukiae ad vaſa cuprea, orichalca, argentea laeuiganda purgandaque adhibeatur; tandemque 30) *Sp. Ventilabrum*.

Quibus generibus deſcriptis Auct. quaedam adhuc genera dubii ordinis ſubiungit; primum de TAENIA (*Bandwurm*), cuius naturam cum Zoophytis LINNAEVS comparauit; quam LINNAEI ſententiam propter obſeruationum defectum neque defendere, neque impugnare conatus eſt. *Taenia* eſt animal continuum, non interrumpitur; eiuſdem corpus ex multis articulis compoſitum, vel rugarum ope obliquarum inciſiones plures habet; ſicque articulus vel ruga non viſcera ſolum propria glandulaſque continet, ſed papillis etiam vel canalibus inſtructam eſſe, inter omnes conſtat. Exacte ſequeretur Taeniam Zoophytorum ad iſtas ex Pericarpiis et Ouariis concatenatam eſſe, cuius articulus quilibet organo nutritio praeditus ſenſimque grandeſcat, matureſcat, decidat et ouulis forte in ipſo incluſis, maturis diſſipatis, extinguatur. Quidam Auctores, vt et LINNAEVS de Taeniae capite dubitationes mouerunt, quod alii in extremitate craſſiori fruſtra quaeſiuerunt. MALPIGHIVS aliique tandem ipſum conſpexerunt. *Taeniam Gaſteriſteam* potius *Taeniae latae varietatem* Auct. dicit. Species autem p. 243.
quas Noſter enarrat, ſunt: 1) *Taenia cucurbitina*; Eſt cartilaginea, hyalino-alba; in articulis maioribus canales, ab vtroque latere in ramulos paruos exeuntes, conſpiciuntur. Hoc animal motu periſtaltico proprio inſtructum gregibus Aſcaridum ſocietate lumbricoidum atque Taeniae caninae in viſceribus humanis animalibuſque ſeſe immiſcet. Inprimis autem Bataui, Germani et populi regionum

ſeptentrionalium Europae his vermibus infeſtantur, vt etiam ex animalibus canes, feles atque mures. — 2) *T. canina.* Diaphana, vndique eadem; Canes, Lupi, Feles forſitan homines his laborant. — 3) *T. gryſea.* 4) *T. lata.* Varietas eiuſdem priori Suecos perturbat; alteraque in abdomine *Gaſteroſtei aculeati* reperitur. — 5) *T. hydatigena.* In ſubſtantia peritonaei celluloſa animalium et in Glandulis Cyſtaque hepatica reperiuntur. — 6) *T. piſcium.* 7) *T. Haeruca.* —

II. VOLVOCES (*Kuchelthierchen*). BACKERVS et RVYSCHIVS ex partibus ſimplicibus eoſdem compoſitos eſſe, detexerunt. Etſi globulos habeant, neque articulis neque organorum ruderibus praediti ſint; tamen in aquis huc et illuc mouentur ſimulque facultate conſiſtendi gaudent. Duas modo ſpecies Auct. commemorat: 1) *Voluocem globularem* et 2) *Voluocem Proteum;* quem NEEDHAM ſolus obſeruauit. Globuli ipſius paruli magnitudine grana milii adaequantes, paulatim in figuras multifarias mutantur atque ſeparati multiplicantur. In Lacubus Europaeis habitat.

p. 255. III. CORALLINIS (*Korallenmooſe*) denique Auct. totum hoc opus abſoluit. ELLISIVS et LINNAEVS ad Zoophyta, IMPERATO Nodulariae nomine inſignita, retulerunt. PALLAS vero in regnum potius vegetabile eaſdem eſſe ponendas ſuadet. Quaedam enim cum Fucis conueniunt, caeterae ad ſpecies gramineo-coriaceas proprias accedunt. Species ſunt: 1) *Corallina Nauonia.* 2) *C. Opuntia.* 3) *C. nodularis.* 4) *C. officinalis.* 5) *C. corniculata.* 6) *C. criſtata;* PALLAS *Corallinam Spermophoron L.* pertinere huc dicit. 7) *C. rubens.* 8) *C. terreſtris.* 9) *C. barbata.* 10) *C. penicillus.* 11) *C. rigens.* 12) *C. tubuloſa;* tandemque 13) *C. Androſace.*

p. 256.

IV.

IV.

Deſcriptio et adumbratio microſcopico-analytica Muſcorum frondoſorum, nec non aliorum vegetantium e claſſe cryptogamica LINNAEI nouorum dubiiſque vexatorum, Auctore IOHANNE HEDWIG, Med. Doct. Lipſiae, in Bibliopolio Müllerіano. 1787. 88. Fol. maj. Tomus I. Faſc. I — IV. p. 110. Tab. XXXX. Tom. II. Faſc. I. II. pag. 60. Tab. XX.

Vberiorem iam muſcorum frondoſorum deſcriptionem, quam in libro: *Fundamenta hiſtoriae naturalis muſcorum frondoſorum, adiecta diſpoſitione methodica etc.* ante hos ſeptem annos ab ipſo duabus partibus edito, fuerat pollicitus, opere hocce egregio, et quoad externam formam nitidiſſimo, Cl. Auctor nobis offert. In quo quidem concinnando id in primis ſpectauit, vt iis, quae et in illo libro, et in *Theoria generationis et fructificationis plantarum cryptogamicarum etc.* quae ante paucos annos ab Academia Petropolitana palmam tulerat, propoſuit, pleniorem faceret fidem, confuſa atque erronea extricaret, dubia et incerta muniret, praeteruiſa vel plane noua ſuppleret. Nomen cryptogamiae, quo LINNAEVS claſſem viceſimam quartam inſigniuit, minus arridet Auct. ideoque vegetabilia calyptrata muſcorum tum frondoſorum, tum hepaticorum nomine comprehendere maluit. Cum HOFFMANNVS et BATSCHIVS ſtudia in lichenum et fungorum familiis ordinandis deſcribendiſque hucuſque occupauerint, in iiſdem breuitatis ſtudio, lectoresque ad ipſa duumuirorum ſcripta ablegauit. Ex ſynonymis modo Linneanorum, ex delineationibus vero Dillenianarum, vel alius accurate fecit mentionem.

nem. Descriptiones a trunco, quippe parte primaria, persistente, fundamento reliquarum incipit eiusdemque modo continuationem, modo prolongationem, modo innouationem. Cui, si more Polyporum in vna vel plura individua renouatur, affert Radix, qua planta succum alimentarium e terra trahit, minus adaequate illa appellatur plantae pars, qua terrae obtecta est, saepe ipse truncus sub terra latet. Distinguit radices in primordiales et succedaneas, quae illarum occupant loca; in simplices, quae vnam eandemque formam retinent, et in diuisas ramosasque, quae in duas pluresue partes coniunctim abeunt, in radiculosas, quarum vnus alterue ramulus huc illuc tendit. Qui in procerioribus vegetabilibus nerui, foliorum costae plerumque audiunt, in hisce minoribus appellauit fasciculum ductulorum, qui coniunctim mediam folii superficiem transeunt. Corollam et Calicem, florum partes, aptiore magis nomine Perigonii, siue quod circa genituram collocatum est, insigniuit, illudque duplex internum, externum, vel triplex, tertio inter vtrumque sito, statuit. Eadem de caussa antheram genitale masculum, pistillum; genitale femineum, stylum, tubum aut meatum deferentem appellare ipsi placuit. Modulum, quem in augmentandis vegetabilibus hisce admodum exiguis, seruauit, in prima statim tabula figura adumbrauit, ad quem singula iam examinari possunt. Si elegantiam pulchritudinemque plantarum, quas Auct. ope microscopii ex minutissimis vegetantibus produsit, attente considerauimus, merito ad artem naturae in minimis maximam admirandam excitamur. In vsu horum muscorum diiudicando Auct. ad DILLENIVM atque GLEDITSCHIVM ablegat, quorum vterque totum hoc caput egregie expossuit. Ipse vnius modo iniecit mentionem, plantulas hasce minutissimas in primis

mis quoque prouentui incrementoque maiorum, quas fouent, inſeruire.

Maſia uliginoſa foliis lineari lingulatis, obtuſis, capſula pyriformi cerua. *Bryum trichodes* LINNAEI. Primus hanc ſpeciem detexit DILLENIVS an. 1710. in Haſſia ſuperiori, Auctori Celeb. prima vice an. 1774. obuenit; eamque errore ſeductus nouam habuit ſpeciem (Hiſt. Muſc. Frond. I. 43.) Gregatim penſis caeſpitulis in pratis paludoſo-turfoſis creſcit. Nouellae ſimplices plantulae florent menſe Majo, pratum primo vere de pedunculatis ſuſtentaculis ouarioruin feminarum rubet, quae circa Iunium ineuntem aperiuntur, ventiſque ſeminalia ouula tradunt. p. 1. p. 1. p. 1.

Vebera pyriformis caule ſimpliciſſimo, foliis perichaetii capillaribus longiſſimis recuruis, capſula pyriformi. *Mnium pyriforme* LINN. In locis lapidoſo-ſabuloſis, in interſtitiis murorum, fiſſuris rupium, plerumque gregatim creſcit. Vno eodem tempore plantulae defloratae, florentes, et florem parantes conſpiciuntur. Indiuiduorum iam defloratorum perianthium in capitulum magis intumeſcit, indeque ad formam capitulorum maſculorum generis Bryi propius accedit. Hinc LINNAEVS huic ſpeciei flores femineos ſetiferos tribuit, et Auct. olim (Hiſtor. M. Frond. II. 49.) pro Bryo vero habuit. p. 5.

Wibera nutans foliis lanceolatis, capſulis oblongis nutantibus. Nullam LINNAEVS eiuſdem fecit mentionem; WEIS Goett. praecedentis habuit varietatem, et SCHREBERVS (Spicil. 1043.) deſcribit: *Bryum nutans* foliis lanceolatis ſubulatis, capſulis vrceolatis cernuis, operculo conico. Auctor olim (Hiſt. M. Frond. p. 4.) nondum de eius naturalis inſtructus, pro Bryo trichode habuit. In ſyluis, maxime abiegnis, in ſolo glareoſo gregaria p. 9.

reperitur. Nunquam contigit Auct. vt exemplo nouis e trunculo emissis ramificationibus, quales DILLENIVS coram habuit, reperiret, hinc annuum habet, quae Majo floret, atque Junio ad maturitatem accedit.

p. 13. *Gymnostomum truncatum* foliis explanatis apiculatis, thecis truncatis. *Bryum truncatum* LINN. Vbiuis, laetissime in graminosis, muris argillaceis parum insolatis viget, floret aestate, primo vere deponit opercula.

p. 16. *Gymnostomum ouatum*, foliis ouatis, concauis, piliferis, thecis ouatis. Solus MORISONVS, vt ex icone eiusdem patet, hanc habet speciem: Muscus coronatus minimus, foliis et capitulis oblongis, in pediculis breuissimis. (Hist. 3. p. 631.) Frequentissime cum praecedente, in muris argillaceis consociatur, hinc reliqui cum eadem haud dubie commiscuerunt, vt et descriptio Bryi truncati Scopoliana (Fl. Carn. T. II. p. 116.) et Weberiana (Spicil. Fl. Goett. p. 110.) suadet. Truncus simplicissimus, in masculina planta minor, quam in feminina, adeoque exilis, vt vix truncum nisi ratio suaderet, putasses. Radices trunco longe maiores, diuisae, subdiuisae, tenerrimis vasculosis fibrillis constitae. Folia numerosa, alterna laxius densiusque imbricata. Flores vtriusque speciei singulari gaudent perianthio: masculum quidem e nonnullis rotundo emarginatis, tenerrimis, membranulis albidis constat; feminea vero folia multo minora et teneriora. Ipsi flos e septem vel octo sio dictis pistillis minutulis compositus. Fila articulata breuia et admodum tenera sunt. Vaginula conulum refert truncatum, parum extra folia superiora emergentem. Calyptra tenerrima. Operculum conuexum, in obliquum elegans rostellum e centro abit. Theca seminalis ab initio viridis, deinde fusco-rufa, ouata. Semina

maiora

maiora ſunt, quam Ct. truncati, ſuperficie aſpera. Primo ſtatim vere floret, opercula ſub Maii initium cadunt.

Weiſia recurvirostra foliis lanceolatis, imbricato-patulis; theca gracili; operculi roſtello recurvato. Truncus primordialis rectus, ſimplex, veteranus ſit ſimulus, ligneſcit. Radiculae primordiales accedentibus nouis valideſcunt, diuiduntur, fibrillaſque demittunt. Folia lineari-lanceolata, e baſi lata aſcendunt, diuergunt. Inuoluera florum e foliis longioribus et latioribus, quam trunci folia formantur. Flos maſculus format capitulum, ex 20 — 22 folliculis compoſitum; femineus flos e quibuſdam conſtat piſtillis, quorum modo vnicum impraegnatum Auct. deprehendit. Filamenta ſucculenta, tenerrima, longa ſatis, articulata, omnem occupant ſummitatem. Pedunculus ouarii baſi ſua in vaginulam oblongulam immergitur. Calyptra ad deceſſum parata, longum roſtrum incuruum mentitur. Theca ſeminalis recta, cylindriformis. Operculum breue roſtellum emittit, quod calyptra adhuc tectum ſemper erectum eſt. Annulus nullus. Periſtoma ſimplex. Seminula perquam minuta. Floret Iunio atque Iulio, ineunte Auguſto, opercula de thecis ad partum maturis decedunt. Loca lapidoſa ſabuloſa amat, tenui gramine ſtipata. p. 19.

Weiſia heteromalla, trunco erecto, foliis e baſi lata ſubulatis, rigidis heteromallis, operculo conico, theca annulata. Multum ſimilitudinis cum *Bryo criſpo* SCHREBERI (Spicil. 1038.) habere videtur; baſis vero foliorum lata non eſt *undulata*, extremitas ſubulata non *criſpatur*, operculum non *paullo*, ſed multo minus eſt capſula. Solitarie in orbitis profundis viarum derelictarum, ad vias cauas, vdas reperitur; floret Majo, Iunio, cuius ſub finem vt et Iulio opercula deponit. p. 22.

Phaſcum

p. 25. *Phaſcum criſpum* foliis trunci minutis diſſitis perichaetialibus e lata concaua baſi longe acuminatis, inuoluto-contortilibus. Truncus firmus, colore rufo-nigricante. Radiculae diuiſae, ſubdiuiſae. Folia trunci breuia, lanceolata, diſtantia, rigidiuſcula, patentia. Flores e cuiuſque trunculi ſummitate proueniunt. Perianthium maſculum foliis, ab illis trunci parum diſtinctis, componitur, quibus dimotis in conſpectum prodeunt folliculi maſculi, graciles; femineum perichaetium foliis de baſi lata in longam productionem linearem abeuntibus, formatur. Pedunculus rectus breuiſſimus, cui vaginula ouata eleganter virens, ſuppoſita eſt. Thecae ſummitatem roſtellum breue, obliquum occupat. Seminula matura coloris fuſci ſunt. Auct. an. MDCCLXXXIII. in locis pinguibus, ad ſemitas, tenui gramine veſtitas detexit, quae in inueteratis quoque talparum tumulis haud infrequens eſt.

p. 28. *Phaſcum patens*, foliis lanceolatis, ſerratis, patentibus; thecae acumine pellucido. Truncus perquam minutus, tenerrimus, dilute viridulus. Radiculae primae diuiſae et ſubdiuiſae ſunt, ſuccedit tomentum radiculoſum per incrementum. Folia trunci pauca, interdum perichaetio aequalia, lanceolata, margine verſus apicem ſerrato. Flos maſculus ex alis foliorum prodit, femineus in trunci apice ſolitarius, perquam exiguus. Calyptra rectae thecae adoleſcentis faſtigium tegit. Vaginula globoſa, ſummo margine eleganter rubicunda. Pedunculus immerſus, breuis, tener. Theca globoſa in acumen tenerrimum, obtuſum, pellucens finitur; matura crepando ſemina, pro plantulae modulo maiuſcula, Auguſto menſe edit, poſt pluuioſam menſium Maii et Iunii tempeſtatem floret.

Faſc. II. *Phaſcum curuicollum*, foliis perichaetialibus re-
p. 31. ctis, thecae pedunculo incuruato. Totus muſcus per-

perquam exiguus, nudo oculo vix, niſi gregatim et maturis thecis ſeminalibus conſpicitur. Truncus admodum breuis, ſimplex, euidenter vt plurimum, non nunquam quaſi duplex, imo triplex quadruplexque viſus. Radiculae ad plantam ipſam relatae longae ſunt et validiuſculae. Folia trunci inferiora breuia, ouato-lanceolata; perichaetii linearia lanceolata, concaua. Vaginula oblonga, viridis. Pedunculus incuruus, dilute ex viridi luteſcens. Calyptra exigua, pallida. Theca ouata, profundioribus maculis notata. Operculum deorſum retrorſumque roſtellatum. Seminula per quaedam temporis minuta, immerſa aquae maiuſcula, leuiſſime pedunculata prodierunt. Maio maturant capſulae. Quae plantula Auct. communicata fuit ab EHRHARTO, qui ex laotomia lapidaria derelicta eandem 1784, repetiit, ipſi vero etiam in ambulacris ſabuloſis depreſſioribus horti, inter Bryum argenteum nouiſſime occurrit.

Leſkia attenuata, trunco varie ramificante, ramis apice gracileſcentibus incraſſatis, incuruis: foliis ouato acuminatis ſecundis, thecis erectis. *Hypnum attenuatum* SCHREBERI (Spicil. n. 1073.) et DILLENII *Hypnum trichoides* arboreum maius, cauliculis ramoſis, ſynonyma habet. Folia quidem a Dillenianis differunt, ſed totius figura mere maſculis indiuiduis bene reſpondet. Imos arborum ſyluaticarum truncos, in primis Carpini Betuli copioſe tegit. p. 33.

Polytrichum Nanum, foliis obſcure ſerratis, theca ſubrotunda, nutante. *Mnium polytrichoides* calyptra villoſa LINNAEI. Solum limoſum, ericeta ſicciora, vias cauas, ſcrobes amat. Ineunte iam vere cum opercula vna cum calyptra dimiſerit, Maio, Iunio floret. p. 35.

Poly-

p. 35. *Polytrichum aloides*, foliis verſus apicem euidenter ſerrulatis; theca cylindrica obliquata. LINNAEVS vt praecedentis varietatem, ſub ſpecie *Muſci polytrichoides* β. comprehenſus eſt, cui omnes, qui ipſum ſecuti ſunt, ſubſcripſerunt ſententiae. DILLENIVS, VAILLANTIVS, HALLERVS, NECKERVS hunc et praecedentem muſcum frondoſum in ſpecies diſtinctas, ſed perperam ob plantarum diſcrepantiam, propoſuerunt. Conſtans vero differentia in thecae baſi, directione, feminum magnitudine, obuia, pro diſtinctis ſpeciebus habere ſuadet. In ſolo argilloſo, praeruptis cricetis, viis cauis et ſcrobibus menſe Majo floret, operculum plerumque depellit Martio, quin interdum Iulio.

p. 40. *Polytrichum hercynicum*, theca erecta, arcuolata, calyptra interrupte piloſa. EHRHARTO amico, qui ad *Rehberg* Hercyniae 1780. prima vice deprehenſam, Catharinaeam hercynicam appellauit, Auct. hanc debet ſpeciem. Truncus plerumque ſimplex. Radiculae primordiales non adeo validae, vt et ſuccedaneae, quae ex infima baſi emittuntur. Folia e baſi latiore membranacea, linearia, carnoſa fiunt, infima breuiſſima, remotiora longiora, plura concaua, incurua, madore hiantia. Flos maſculus roſulam refert e foliis membranaceis, e varia figura apiculatis, reticulatis. Cuique foliorum ordini ſeries folliculorum ſpermaticorum cylindricorum interiecta. Vaginula fere cylindrica, oblonga. Calyptra cylindrica baſi magis calua, inde filamenta articuloſa ſtyli rudimentum cingunt. Pedunculus thecae ſepties vel octies trunculo longior. Operculum conicum, fuſculentum. Theca erecta, vrceolata, circa Iulium maturat. Periſtoma e dentibus breuibus acutis, albis, baſi connexis, ordine ſimplici conſtat. Seminula minuta, rotunda, leuia, vrentia.

Poly-

Polytrichum vndulatum, foliis lanceolatis, ſerra- p. 43.
tis, vndulatis, patentibus; calyptra ad apicem pa-
raphyſiphora, theca cylindrica, cernua. *Bryum vndulatum* LINN. Adiecit Auct. varietatem: *P. vndulatum minus*, thecis foliiſque erectioribus, quae cum *Bryo Iuniperi foliis* rugoſis, capſulis rectioribus DILLENII forte eadem? In ſyluis, pomariis, virgultis e limoſo ſolo nutritis frequens, gregatim plerumque floret Iulio et Auguſti initio, vere deiicit opercula.

Leerſia vulgaris, calyptra laxa conica aequali, p. 46.
vaginulae membrana pileiformi. *Bryum extinctorium* LINN. Vulgaris in parietibus noſtris e limo exſtructis, non nunquam in muris vetuſtis, imo ipſa terra ſabuloſa inuenitur, facillime dignoſcitur. Ineunte vere cum floruerit, primo ſtatim Majo thecas maturat. Non annua, vt DILLENIVS opinatus eſt, ſed perennis.

Leerſia ciliata, calyptra laxa conica, ora lacinia- p. 49.
ta, vaginulae membranula cylindrica. LINNAEVS vt varietatem ſubiecit praecedenti. Auct. vero accurato eiuſdem examine adductus DILLENIVM atque HALLERVM ſequitur, ſingularemque ſtatuit ſpeciem. Gregatim ad ſaxa floret Iunii initio, thecae Iulio maturant.

Bryum delicatulum, foliolis lanceolatis, remotis, p. 52.
tenerrimis, thecis ouatis pendulis; operculo obtuſo. *Bryum carneum* LINN. Primum A. reperit 1778. in arca horti vda parum inſolata. Auguſto menſe floret, omniumque certiſſime tunc maſculi floris in aquae guttula diſcerpti, genitalia ſperma ſuum explodunt. Thecas Aprili maturat.

Maſia longiſeta, foliis ouato-lanceolatis, patu- Faſc. III.
lis; theca cernua in pedunculo praelongo; oper- p. 56.
culo conico. *Mnium triquetrum* LINN. Excluſis ſynonymis, et varietatibus β. V. Editor. Syſt. Nat.

Aprili

Aprili iam emicant calyptrae, et ſub Iulii finem thecae maturae operculo decuſſo pariunt, quo ipſo tempore prolongationes florere incipiunt.

p. 59. *Barbula unguiculata*, foliis lineari lanceolatis, carinatis, ſurrectis perigonialibus maſculi flore cum faſciculo, theca obliqua. *Bryum unguiculatum* SCHREBERI (Spicil. p. 78.) et LINNAEI. In muris argillaceis, humilioribusque locis terreſtribus gregatim reperitur. Ineunte vere, Martio et Aprili, opercula vna cum calyptra ſecedunt; florem Iulio et Auguſto format.

p. 62. *Barbula fallax*, foliis recurvato-patulis, perigonialibusque interioribus maſculi ex faſciculatis, thecis oblongis, operculo oblique roſtrato. *Bryum imberbe* LINN. Quoad foliorum operculique figuram atque directionem cum Bryo tenui, imberbi, pallido, foliis crebrioribus, quod DILLENIVS (Hiſt. Muſc. 382. Fg. 46.) deſcripſit, conuenit. Quamuis enim nullam villi radiculoſi faciat mentionem, atque operculo decidente ſeſe nec piloſi nec barbati quid, ſed leuem oram, obſeruaſſe ſcribat; ſiccior tamen tempeſtate ingruente anguſta operculi contrahitur productio, atque periſtoma cum tenera thecae membranula interna tunc cohaerens, ſecedendo ſecum ducit. Alias quidem idem occurrit. Floret Auguſto, veriſque ſubſequentis initio thecae decutiunt operculum. In murorum interſtitiis, ambulacris.

p. 65. *Barbula rigida*, trunco exiguo, foliis patentibus, margine inuolutis, thecis oblongis erectis. *Bryum ſtellatum* SCHREBERI (Spicil. p. 80.) Floret Iunio, nunc prius nunc ſerius opercula, prout tempeſtas fauet, deponit. In muris ex argilla exſtructis, rupibus humidis obuia.

p. 68. *Dicranum heteromallum*, foliis e membranacea baſi ſubulatis ſecundis, theca ouata operculo roſtrato.

Bryum

Bryum heteromallum LINN. In aggeribus pinetorum ericetorumque. Septembri et Octobri floret. Semina vel auctumno, vel vt plurimum Martio enititur.

Trichoſtomum pallidum, humile, foliis capillaribus, theca ouato-cylindracea; operculo conico. HALLERVS (Hiſtor. 1805. ſub Bryo.) Praeter HALLERVM et SCHREBERVM (Spicil. 1039.) nemo poſt DILLENIVM hunc muſcum, vt ſpeciem diſtinctam propoſuit, cum plerique pro varietate Dicrani heteromalli venditarent. Inhabitat nemora; floret Maio, theca Iunio ac Iulio matura opercula deiicit. p. 71.

Trichoſtomum Puſillum, foliis ex ouato-concaua baſi ſubulatis, thecis erectis oblongis. Truncus ſimplex, erectus, humilis, duarum triumue linearum. Radices primordiales euidentiores, tenerrimae, diuiſae, ſuccedaneae, villus albicans, tenerrimus. Folia trunci inferiora minima, alterne adſcendendo maiora, perigonalia maxima. Flos maſculus in foliorum alis gemmiformis, minimus. Perigonalia folia ouato-concaua, reflexa, in quibus pauca recondita ſunt genitalia. Feminei floris perigonalia longe denſiori reticulo, quam illa trunci, inſtruuntur. Vaginula oblonga cylindrica. Calyptra ſub prima thecae impraegnatae groſſificatione, humore expanſa in formam lagenae. Pedunculus trunco quadruplo longior, recta adſcendens. Theca oblonga, recta. Operculum profundius coloratum. Periſtoma ſimplex, dentibus ſedecim ad baſin vſque fiſſis. Diuiſurae modice longae, lineares, rubrae. Semina exigua viridantia. In locis arenoſo-lutoſis, apricis. Opercula ineunte vere deiicit, floret auctumno. Annua. p. 74.

Gymnoſtomum pennatum, trunco longo, filiformi, ſimplici, foliis pinnatifidis pinnatiſque, lanceolatis, integerrimis; theca ouata, operculo conuexo. p. 77.

DICKSON (Pl. crypt. Brit. p. 3.) primus hanc ſpeciem ſub nomine *Mnii Oſmundacei;* fronde ſimplici, erecta, pinnatifida, apice fructifera, pinnis diſtichis, lanceolatis, integerrimis, deſcripſit, ipſamque figura adumbrauit. Truncus ſimpliciſſimus, filiformis, flexuoſus, altitudinis variae ad ſemunciam. Radices ſimplices et diuiſae, ex albido-fuſcellae. Folia integerrima, lanceolata, laete viretia. Flos maſculus roſulam in ſummitate trunci referens, conſtat e perigonialibus foliis octo ad decem cordatis, concauis genitalibus, quatuor exiguis ouatis. Femineus perigonialia quoque foliola habet ouata, concaua. Vaginula medio groſſificationis tempore inuerſa conica, demum lageniformis. Calyptra integra ſecedit. Theca ouata viridis. Operculum tenerrimum, conuexum. Annulus nullus. Periſtoma ex hoc margine nudum; Semina exigua viridia. In cauitatibus aggerum ſub ſepibus antiquis, ſolo pingui, vere ineunte florere incipit; thecas maturat Iunio. Biennis.

p. 80. *Gymnoſpermum Heimii*, trunco erecto, foliiſque ſpatulato acuminatis, ad apicem denticulatis; thecis oblongis, erectis; operculo oblique roſtrato. Truncus ſemiuncialis ſimplex. Radices primordiales baſilares validiuſculae, ſimplices ramoſaeque, ſuccedaneae, coma breuis, denſa, fuſca. Folia denticulata, appreſſa. Flos maſculus de trunci ſummitate in roſulam explanatus, intima folia perigonalia habet e lanceolato quaſi cuſpidata. Genitalia exigua, cylindrica, circiter viginti. Femineus a plantis tranſmiſſis aberat. Vaginula oblonga. Calyptra longa, anguſtata. Pedunculus modice longus. Theca oblongo ouata. Operculum oblique roſtratum. Annulus nullus. Periſtoma nullum. Semina maiuſcula, fuſceſcentia. Ab HEIMIO, iam Conſiliario Aulico Berolinenſi ante aliquot annos

Auct.

Auct. hanc ſpeciem accepit. Floret vere ineunte, eodemque vigente decutit opercula. Perennis.

Timmia Megapolitana, erecta, foliis lineari lanceolatis, ſerratis, patulis, theca cernua, operculo conuexo, centroque depreſſo *Character generis:* Periſtoma duplex; externum dentes ſedecim acuminati, internum proceſſus e membrana articulati, extremitatibus coniugatis. Maſculi flores monoici, gemmiformes, pedunculati, alares. — Megapolitanae truncus primordialis ſimplex, erectus. Radices non admodum denſae, modo ſimplices, modo diuiſae. Folia lineari-lanceolata, ſerrata, leuiſſime vndulata, patentia, ſenio recurua. Flos maſculus, gemmiformis, pedunculatus, alaris, folia perigonalia ouato concaua, genitalia decem; filamenta ſucculenta longa. Femineus maſculis floribus in eadem ſtirpe interſitus, perigonalia folia lanceolata, ſerrata, genitalia ſex, filamenta tenerrima habet. Vaginula oblonga. Calyptra longa. Pedunculus modice longus. Theca ouata, cernua, in apophyſi anguſta. Operculum exacte conuexum, leniſſime ſtriatum. Annulus nullus. Periſtoma duplex, externum dentes ſedecim latiuſculi, internum membrana. Semina minutula. Vere ineunte florere videtur, ſubſequentis anni aeſtate deiicit opercula. Prata paludoſo turfoſa colit. In memoriam TIMMII, Conſulis apud Malchinenſes, qui ipſam primus detexit, Auctorique tranſmiſit Timmia dicta. Faſc. IV. p. 83.

Barbula conuoluta, foliis communibus lanceolatis, perigonalibus obtuſis, in cylindrum conuolutis. p. 86.

Mnium ſetaceum LINN. Habitat ad aggeres, foſſas, in muris, ceſpites denſos format. Omni fere tempore floret, praecipue vero thecae maturantur vere. Perennis.

Dicranum latifolium, erectum, foliis oblongo dilatatis concauis, pilo breui terminatis, theca cylindrica p. 89.

lindrica recta. Truncus breuis, ſimplex. Radi… mediocres, ſimplices, diuiſae, fibrilloſae. Fo… baſilaria ouato-apiculata, media oblonga, ſupre… in dilatato-lanceolatam excurrunt extremitate… Flos maſculus genitalia plura continet; Vagin… oblonga. Calyptra inferne lateſcens. Pedunc… modice longus. Theca oblonga, recta, teres. Op… culum a conuexitate ſubulatum. Annulus nul… Periſtoma ſimplex, dentes ſedecim. Semina exig… Perennis. Plantam LINNAEO iuniori Auct. deb… qui ſub nomine Mnii luteſcentis miſerat. Ex Am… rica ſeptentrionali.

p. 91. *Phaſcum nitidum*, humile, foliis ſubulato-e… natis, ſubfaſciatis. Truncus perquam exilis, ſi… plex. Radices tenerrimae, ſimplices diuiſaeq… Folia tenerrima, vaſculo-reticulata. Flos maſ… lus Auct. defuit. Femineus in trunci ſummit… genitalia tria. Vaginula pyramidata. Calyptra e… gua, pallida. Pedunculus breuis, rectiuſculus, p… lucens. Theca ouata, erecta in ſummitate trun… Semina rotunda, magna pro plantula. Iunio Iul… que maturantur thecae. Amat ſolum glareoſu… humidum.

p. 93. *Phaſcum ſubulatum*, foliis lanceolato-linearib… patulis; ſummis e latiuſcula baſi ſubulatis, rigid… SCHREBERVS (Phaſc. p. 8.) Phaſcum ſubulatu… acaule, anthera ſeſſili, foliis ſubulato ſetaceis, pat… lis. LINN. In ſolo argilloſo, ad aggeres, vias, or… taſque neglectas obuia. Occulte perennis.

p. 96. *Pohlia elongata*, trunco erecto, foliis lineari-lan… ceolatis, thecis baſi elongata. Auct. hoc genus … memoriam POHLII, Prof. Botan. Lipſienſ. prim… produxit, cuius characterem ita conſtituit: Petal… ma duplex; externum dentes ſedecim, interna… membrana ſedecim denticulata. Flores e ſumm… tate trunci dioecii; maſculus capituliformis.

Trun…

Truncus P. Elong. ſimplex. Radices tenerae, ramificatae. Folia inferiora minuta, lanceolata, diſſita, ſumma conferta, lineari-lanceolata. Flos maſculus capituliformis in trunci ſummitate, e foliis ouato-acuminatis, concauis, et decem genitalibus comitatur. Femineus congenerum ſimilis. Vaginula oblonga. Calyptra longa, ſtraminea. Pedunculus gracileſcens. Theca adulta operculata, oblonga, lageniformis. Operculum conuexum. Annulus nullus. Periſtoma duplex. Semina exigua. Auct. hanc ſpeciem ipſe aliquando in via caua deprehendit, ab EHRHARTO autem plura recepit exempla. Floret vere, ſemina initio aeſtatis maturat. Perennis.

Mnium crudum, trunco ſimplici, foliis inferioribus ouato-lanceolatis, ſummis elongato-linearibus, apice denticulatis, perigonalibus maſculis intimis cuneiformi variis. *Mnium crudum* LINN. Colit ſylua montoſa, ſaxoſa. Floret Maio et Iunio inchoante, opercula Iunio decidunt. Perennis. p. 99.

Grimmia recuruata, foliis ſetaceis, thecis pyriformibus, in pedunculis arcuatim recuruatis. Bryum ſetaceum IACQVINVS (Miſcell. Auſtr. T. II. p. 96. t. 2.) Truncus erectus. Radices perquam breues, rigidiuſculae, rutilantes. Folia infima ouato-acuminata, abinde lanceolata, reliqua ſetacea, patentia. Flos maſculus gemmiformis, in foliorum alis. Perigonii folia duo aut tria, concaua, ouata, cuſpidata. Femineus repoſita habet quatuor genitalia. Vaginula oblonga. Calyptra ſimilis, finditur a latere. Pedunculus primo recta adſcendit, tum arcum format notabilem. Theca immatura operculata, matura deoperculata. Operculum e conuexitate roſtratum. Periſtoma ſimplex, ſedecim dentes acuti, ſtriati, ſiccati perquam fragiles et fugaces. Semina exigua, fuſca. Speciem Auct. debet Abbati p. 102.

bati A WVLFFEN, qui in iugo ſaxi montis caluar reperit. Ab ineunte vere in auctumnum vſque co tinuo generare videtur.

p. 104. *Grimmia Apocarpa*, foliis ouato-acumina carinatis, perigonalium apice albo, theca oblon in pedunculo breuiſſimo. *Bryum* antheris (capſu lis) ſeſſilibus, terminalibus, calyptra minima LIN Inhabitat petras, in primis in depreſſioribus ror locis ſitas, rariſſime ſuper arborum truncos. Flo ret autumno, vere ineunte decidunt opercula. Pe ennis.

p. 107. *Hedwigia ciliata*, trunco ramificato, foliis ou to-lanceolatis, concauis, apice diaphano dentic lato, perigonalium ciliato. LINNAEVS *Sphag* nodoſi, hirſuti, incani habet varietatem, DILLENIV cum HALLERO pro ſpecie ſingulari, quin EHRHA TVS (*Hann. Magaz.* 1781. p. 109.) in Auct. memo riam proprium conſtituit genus. Ineolit ſaxa, i regionibus montanis, interdum ſolum ſterile, pa bulare. Auctumno ineunte floret, eoque vigent dimittit opercula. Perennis.

Tom. II. Faſc. I. p. 1. Primo Tomi ſecundi faſciculo cum quaſdam li chenes inſignemque Octoſporarum numerum in ſcenam produceret, quaedam de Algis in limite ſta tim praemonere Auct. Clariſſ. placuit. Vegetabi lia, quae intra maris vndas degunt, conſiſtentiae mollioris herbaceae, antiquiores Algarum notarum nomine, quo ipſo BAVHINVS quaſdam Fucorum et Conferuarum ſpecies inſigniuit; RAJO vero Fu cus et Alga ſynonyma ſunt. LINNAEVS Algas plantas habet quibus radix, folium et caudex in vnum. Quae quidem definitio in varia genera, quae ad Algas retulit, non quadrat, vt in Iungermannias. Accuratius Auct. et conuenientiam *Lichenum* inter ſe, et cum *Pezizis* LINN. et BATSCHII, quas WILLDENOW proprie *Pezizas* et GLEDITSCHIVS

atque

atque SCHAEFFERVS *Eluelas* dixerunt, et in quibus a ſe differant, expoſuit. Omnibus igitur, quibus intereſt ipſius dicta ad trutinam reuocare, Auct. ſuadet, vt tenerrimam lamellam de thalamo fertili auferant, eandem in aquae guttula, lamellae vitreae immiſſa, ſubmergant, ſaepius ibidem minutulas partes tenerrimis acutiſſimiſque acubus, aut cultellis dimoueant, denique per vitra conuexiora, radiis lucis, non ſolis, vario modo, ſpeculo ſuppoſito in lamellam directis, contemplentur, quippe quam viam in plantularum deſcriptarum examine fuerit ingreſſus. Quo melius vero Auct. Cl. omni diſſenſui, qui hucuſque inter varios botanicos in generibus hiſce denominandis obtinuit, occurreret, *Peziza* appellat fungos illos, qui in cauitate trunci campaniformis feminum conceptacula, Lentem aemulantia, proferuit, Eluelas vero GLEDITSCHII nomine, *Octoſporarum*, characterem generis eſſentialem indicante, inſigniuit. Cuius generis eam iam proponit definitionem: Truncus ſimpliciſſimus, ſuperficie terminatus fertili concaua, plana, reflexa: de qua eriguntur Thecae ſeminales membranuloſae, elongatae, numeroſiſſimae, vt plurimum ſtupa filamentoſa cinctae; vtriſque inter ſe *non cohaerentibus*, ſeminibus *octo* foetae.

Lichen Proboſcideus, vmbilicatus explanatus, lo- p. 5.
biſque centralibus; radicibus marginalibus ſubmarginalibusque ramoſis, fuſco-atratis, ſcutellis per ſuperficiem diſperſis, diſco concentrice ſulcatis, anthracinis. *Lichen proboſcideus* LINN. demtis cunctis ſynonymis. In rupibus elatis complurium locorum alpium carinthiacarum ex teſtimonio Abb. A WVLFFEN, a quo Auct. ſuum obtinuit exemplum copioſiſſime profertur.

Lichen decipiens, trunco complanato, ſimplici, p. 7.
oblongo, rotundatoque, decumbente; ſupra late-

ritio, infra marginibusque albo; ſcutellis ferminalibus conuexis. Truncus craſſiuſculus, iunior orbicularis, adultior oblongus. Radices microſcopicae, ſimplices, albidae. Genitalia maſcula in propriis truncis; feminea intra ſcutellas conuexas, atratas proueniunt. Semina rotunda, fuſca, exiliſſima. EHRHARTVS, qui primum 1780. *auf dem alten Stollberg* inuenit, cuique ſuum ſpecimen Auct. debet, terram nudam montium calcareorum et gypſaceorum Saxoniae inferioris inhabitare aſſerit.

p. 8. *Lichen ſepincola*, foliiformis, imbricatus, laciniatus, adſcendens, caſtaneus, ſcutellis concoloribus. HOFFMANN (Lich. p. 102. t. 17.) Lapides, arbores, virgulta amat. EHRHARTVS Vpſaliae prima vice 1773. Auct. in Crataego Oxyacantha perquam ſene, inuenerunt.

p. 10. *Octoſpora ſcutellata*, planiuſcula, margine conuexo, piloſo. *Peziza ſcutellata* LINN. Varietas β. Eluela orbicularis excauata coccinea et ſeſſilis; margine piloſo. GLEDITSCH. In terra degit, locis vmbroſis madentibus, vere laetiſſime pullulans; ad ſemitas pratorum vdorum, vt et in fimo gallinaceo putrido Auct. deprehendit.

p. 12. *O. hirta*, trunco ſimplici, orbiculari, extus fuſco rutilante, toto piloſo; diſco coccineo, ſeminibus rotundato-ouatis, granulatis. *Eluela* hemiſphaerica excauata, ſeſſilis et parua, intus coccinea, glabra; extus piloſa. GLEDITSCH. (Meth. fung. p. 48. var. e.) Auct. ad ligna ſolum putrefactione emollita, in cippis trabeculiſque, locis vdis vmbroſis Iunio Iulioque, ſi pluuioſa fuerit tempeſtas, imo autumno demum florentem hanc ſpeciem inuenit.

p. 13. *O. Leucoloma*, exigua, depreſſa, tota miniata, margine niueo, lacinulato. Truncus ſimplex vnius, alteriuſue lineae, iuncor globoſus, adultior orbicularis, planiuſculus, ſcutellaeformis. Radices e baſi trunci

trunci emiſſae albae, ſimplices, diuiſaeque. Genitalia maſcula conſtituit membranula alba, quae filamentis formatur, quibus pollen ſubtiliſſimum, opaeum, adſperſum eſt, quod per augmentationem detegitur; feminea propter pelluciditatem et exiguitatem vix conſpicienda. Thecae pellucentes, membranaceae, albae, e baſi anguſta clauatae, filamenta ſucculenta ipſis ſunt interpoſita. Seminula ouata, pellucida. Super muros argillaceos, inter Bryum argenteum, Auguſto, menſibuſque ſequentibus floret.

O. faſciculata, trunco bilineari globoſo, conca- p. 14.
uo, albido; margine aperturae ciliis longiuſculis piloſo, inde breuioribus faſciculatis punctato. Truncus adultus trilinearis circiter, ſummitate inflexo-marginata. Radices ex ima rotunda baſi, breues, validiuſculae, ramificatae. Genitalia maſcula Auct. non vidit; feminea, follioli exigui intra filamenta gelatinoſa, poſt impraegnationem abeunt in thecas cylindricas, ſemina ouata continentes. Terreſtris, in areis ſabuloſis vere ineunte, quin iam menſe Februario reperitur.

O. rhizophora, conuexo-puluinata, fuſca, ſub- p. 15.
tus concaua, albida, granulata; euidenter radicata. *Peziza rhizophora*, WILLDEN (Prodr Fl. Berol. n. 1170.) *Phallus acaulis*, BATSCH (Fung. p. 129. n. 1) *Eluela ſexta*, SCHAEFFER (Fung. t. 53.) Auctumno in ſolo arenoſo.

O. haemaſtigma, minuta, ſeſſilis, conuexa, di- p. 17.
lute ſanguinea. Truncus iuuencus contractior inferne, ſuperne globiformis, deinde explanatus in haemiſphaerium. Subſtantia albida, tenerrime vaſculoſa. Radiculae collectim prodeuntes mox diuergunt, tenerrimae. Thecae cylindricae, tenerrimae, membranaceae, pellucidae; ſtupa filamentoſa interpoſita. Semina rotunda, margaritiformia,

diaphana. Viget ſub finem Octobris et Nou. in ſubulo modo rarior, modo congregata.

p. 18. *O. applanata*, cinnamomea, expanſa, ſuperne plane rugoſa, inferne dilutius colorata. Truncus iuuenilis inferne rotundatus, cinnamomeus, ſuperne concauus, adultus applanatur. Subſtantia: ductuli albi pellucidi, filiformes, ſimplices, diuiſi, vndulatim ſurſum tendentes. Radices vix vllae, media pars, terrae immerſa, prominentiis minutis inſtructa. Thecae ſenſim ampliatae, tenerrimae, pellucidae. Semina ouata, alba. In corruptis pauimentis murorum argillaceorum, ſub finem Auguſti et Sept. poſt diuturnas pluuias obuia.

p. 19. *O. puſtulata*, globoſa, ſeſſilis, forinſecus albo-puſtulata. Truncus ſphaeroideus, ſeſſilis, ſuperne in foueam dehiſcens. Subſtantia duriuſcula, veſicularis. Radiculae dilutiſſime fuſcae e terra emicant. Genitalia maſcula in prouectioribus Auct. non vidit; feminea intra concauitatem numeroſiſſima. Thecae clauatae, rotundata ſummitate, pellucentes. Semina ouata, pellucentia, duos globulos continent. Ad latera foſſae in pineto Octobri et Nouembri reperitur.

p. 20. *O. viridans*, trunco conuexo, ſeſſili, patellaeformi; dilute fuſco, margine viridante. Truncus mediocris. Radices referunt fibrillas albidas tenerrimas, gelatinoſas. Genitalia maſcula in iunioribus obuia, feminea paraphyſibus tenerrimis, filamentoſis, interſunt. Thecae folliculoſae, rotundato-obtuſae. Semina ouata, tenerrima. Initio Septembris in muris argillaceis deprehenditur.

p. 21. *O. minuta;* ſeſſilis, fuſca, margine aequali terſo. Truncus exiguus e baſi plana in patellam ampliatur. Radicis munus haud dubie baſis ſuſtinet, loco natali adglutinata. Maſcula genitalia et feminea perquam minuta, vix inquiſitionem admittentia. Thecae folli-

folliculoſae, paraphyſibus ſociatae. Semina minutiſſima, rotundata. Exeunte Septembri in ligno putreſcente et aſſeribus gregatim obſeruantur.

O. varia, trunco ſimplici, laeui, cartilagineo, dilutiſſime fuſco; e breui baſi anguſtata, pedunculum aemulante, in cyathum cauum ampliato. Truncus iuuenis orbicularis, ouatuſque, aequabiliter extenſus de baſi. Subſtantia cartilaginea, veſiculoſo-ſuccoſa. Radices albae, tomentoſae, arctiſſime loco natali implexae. Genitalia maſcula perquam exigua, lituram halituoſam, maxime fugacem, repraeſentantia; feminea per omnem concauitatis ſuperficiem, forma compagis gelatinoſae, ſtriatae. Thecae folliculoſae, nudae, cylindricae, pellucentes, ſummitate roſtratae. Semina in ſingulis octo, tenerrima, ouata, Frequens Iunio Iulioque in muris argillaceis, nec non tectis ſtramineis vetuſtioribus. p. 22.

O. elaſtica, trunco ſimplici, carnoſo elaſtico; ſummitate denique applanata, nigra. *Eluela vndecima*, SCHAEFFER. *Peziza brunnea*, BATSCH. Initio Septembris in trunci deiecti putrilaginoſi, Quercus robur, rimis Auct. reperit. p. 23.

O. Porphyroſpora, trunco exiguo ſimpliciſſimo ſeſſili, lucide viridi, ſuperne dilatato in patellam hirſutulam, fertilem, ſemina purpurea. Truncus iuuenis nunc conoideus, nunc globoſus, ille in cylindriformem, hic in rotundatam patellam increſcendo ampliatur. Radiculae tenerrimum tomentum circa baſin ſiſtunt. Thecae cylindricae, pellucidiſſimae, paraphyſibus deſtitutae. Semina ouata. Straminibus fimi veteris equini, areolis variae dimenſionis, tremellulam nudis oculis mentientibus, innatam menſe Auguſto Auct. reperit. p. 25.

O. carnea, trunco ſimplici, inferne ventricoſe anguſtato inque patellam margine repando dilatato. p. 26.

Trun-

Truncus vncialis, baſi peranguſta, mox gibboſo ventricoſa. Subſtantia carnea. Radix arctiſſime inhaeret baſi. Thecae ex baſi anguſta in cylindrum, extremitate rotundata, expanduntur. Paraphyſes in ſummitate dilutiſſime carneae. Semina ouata. Super plenum trunci Quercus robur deiecti menſe Nouembri adultam Auct. reperit.

p. 27. *O. violacea*, trilinearis ſimplex, e baſi anguſtata, elongata, cyathiformis, violacea; ſeminibus rotundis. Truncus prima aetate cylinder truncatus, tribus notatus diſſepimentis. Superficies laeuis, carne ſtructurae veſicularis. Radices tomentum tenerrimum loco natali immiſſum. Thecae folliculiformes, clauatae, pellucentes, numeroſiſſimae. Semina pellucentia, alba. E ſalicibus, putredine fere conſumtis, menſe Septembri prodit.

p. 28. *O. citrina*, trilinearis ſimplex, gregaria; e baſi contracta ſtipitiformi in patellam ampliata; tota citrina; ſeminulis rotundo minutiſſimis. Truncus iunior, vix in punctuli magnitudinem prouectus inferne refert cylindrum. Subſtantia ſucculenta, quaſi veſiculoſa. Radices tenerrimae. Thecae et paraphyſes filamentoſae, maſſam mere gelatinoſo-ſtriatam referentes, tandem in clauas albas pellucidas abeunt. Semina minutiſſima, rotunda. In truncis deiectis putreſcentibus Quercus robur, loco vmbroſo vdo, menſe Septembri ipſum Auct. deprehendit.

p. 29. *O. nana*, laeuis, e cinnamomeo rutilans, inferne anguſtata, ora incraſſata, circulo profundius colorato; ſemina rotunda. Truncus iunioris aetatis pyri formam aemulatur, deinde ampliatur in patellam margine parum conuexo. Subſtantia veſiculoſa. Radicum ſubſtantia mucoſa, numero ingenti demittuntur. Genitalia maſcula, num in linea granuloſa, aperturam cingente in ſtirpe iuuenca? femi-

nea

nea filamentis gelatinoſis immerſa, patellae concauitatem occupant. Thecae clauatae, pellucidae, foetae. Semina rotunda. Octobri e terra propullulat, in ciſtulis, vegetabilium educationi inſeruientibus, obuia.

O. albidula, trunco exiguo, pedunculiformi, in patellam conuexo marginatam terminato; toto laeui, albido. Truncus vix bilinearis, inferne anguſtatus, ſenſim robuſtior fit. Radices refert tomentum tenerrimum, oculorum non armatorum aciem fugiens. Genitalia maſcula perexigua; feminea deſtituta paraphyſibus, in omni patellae ſuperficie obuia. Thecae cylindricae, ſummitate rotundata. Semina ouata, aegrius augmentis diſcernenda. Auguſto menſe in ſtraminibus muros argillaceos contegentibus, extremitatibus vdis ſeſe offert. p. 30.

O. luteſtens, trunco exiguo, anguſto, pedunculiformi; in patellam conuexo-marginatam terminato; toto laeui luteſcente; ſpora didyma. Truncus primo cylindricus, tum hippocrateriformis. Radicis munere fungitur ima baſis. Thecae folliculoſae, clauatae, pellucentes, paraphyſibus filamentoſis ſtipatae. Semina oblonga, linea in medio diuiſa. Lignis abiegnis putrilagine in ſuperficie contaminatis, inſidentem inuenit Auct. menſe Sept. et Octobri. p. 31.

O. pyriformis, exigua, trunco tenui, patella pyriformi, margine albido terminata. Truncus filiformis, curuulus, longitudine a linea vna ad ſeptem vel octo, varius, teres. Subſtantia veſiculoſa. Genitalia maſcula haud dubie margine continentur; feminea omnem patellae occupant cauitatem. Thecae clauatae, limpidae, paraphyſes filiformes. Semina rotunda, niuea. Februario e Mnii ligulati mortui et humo ſabuloſa ſepulti, vel eius ſuperficie appreſſi foliorum alis prodit. p. 32.

O. tubs-

p. 33. *O. tuberoſa*, trunco tenui elongato, in cyathum extus profunde fuſcum, intus pallidum exeunte; thecis nudis. Truncus gracilis, elongatus, para terrae immerſa tumidulus, inaequalis, emerſa contractior, laeuis. Radicem tuber nigreſcens refert. Genitalia maſcula globuli pallidi; feminea, amuro gelatinoſo ſtriata. Thecae membranaceae clauatae, pellucidae. Semina ouata. E terra limoſa fruticeti productam Auct. reperit.

p. 34. *O. bulboſa*, trunco e bulboſa baſi gracili, elongato; patella rotundata, exterius albo punctata, cuitate pulla, terminato. Truncus ab vncia dimidia ad integram elongatur, laeuis, in ſummitate finitur patella, inferne rotundata, apertura ampla, aequali, repanda. Subſtantia tenerrima, celluloſa. Radices e bulbillo tenerrimae, ſimplices, diuiſaeque. Genitalia maſcula Auct. non vidit; feminea gelatinam ſtriatam referunt. Thecae clauatae, membranaceae, pellucentes, paraphyſibus ſtipatae. Semina rotunda, pellucentia. Ad foſſas vdas ſyluarum, iam initio Iulii, poſt pluuioſam tempeſtatem hinc inde prodit, laetius vere Octobri et Nouembri.

Faſc. II. p. 35. *Splachnum Mnioides*, foliis lanceolatis, longius cuſpidatis, erectiuſculis; apophyſi exacte obconica. Characterem generis, olim (Hiſt. muſc. frond. II. 88.) propoſitum, hic emendauit. *Phaſcum Mnioides* LINN. Meth. muſc. *Phaſcum pedunculatum* LINN. Syſt. Veget. In locis alpeſtribus. Perennis. Tempus florendi LINNAEVS iunior, a quo accepit Auct., non aſſignauit.

p. 37. *S. anguſtatum*, erectum, foliis variis; theca conoidea, ex apophyſi gibbula, cernens. *S. anguſtatum* LINN. Meth. muſc. qui in Lapponiae humidis lectam Auct. miſit. Perennis.

p. 39. *S. vrceolatum*, trunco erecto, ſimplici diuiſoque, biſloro; foliis cochleariformibus imbricatis, apiculatis,

latis; apophyſis tumidiuſcula, obconica, viridans. *S. vrceolatum* CRANZ. (Hiſt. Groenl. III. p. 284.) qui in Groenlandia, vt et OLAFFEN in Islandia legerunt. Suum exemplum a SCHREBERO Auct. accepit. Perennis haud dubie.

S. ampullaceum, trunco erecto, ſimplici diuiſoque; apophyſi inuerſe ampullaeformi, colloque longe virente. *S. ampullaceum* LINN. In turfoſis paluſtribus praecipue prouinciarum ſeptentrionalium. Floret Majo, thecas maturat Iulio. Perennis. p. 41.

S. vaſculoſum, foliis ſpathulatis integris, obtuſiuſculis; apophyſi ſubgloboſa, ſanguinea. *S. vaſculoſum* LINN. Paludes ceſpitoſos amat. Perennis. p. 44.

S. ſphaericum, foliis ſpathulato acuminatis, apophyſi globoſa. *S. ſphaericum* LINN. In ſpongioſo turfoſo loco LINNAEVS iunior cum duabus ſequentibus ſpeciebus in Lapponia inuenit. Perennis. p. 46.

S. luteum, trunco ſimplici erecto, foliis ſparſis, obuerſe ouatis, perigonialibuſque integerrimis; apophyſi vmbraculiformi planiuſcula, lutea. *S. luteum* LINN. In vdis limoſis Lapponiae. Maturat thecas ineunte Iunio, floretque vere vigente. Detecta ſpecies 1746. in Weſtrobothnia a P. ADLERHEIM. p. 48.

S. rubrum, trunco ſimplici, erecto; foliis ſparſis, ouatis, concauis, perigonialibus denticulatis; apophyſi vmbraculiformi, conuexa, rubra. *S. rubrum* LINN. In humidis turfoſis Norwegiae an. 1693. RICH. WHEELER primus inuenit. (LINN. Amoen. II. 273. ſeqq.) p. 51.

Octoſpora fungoidaſter, trunco exili, gracili, elongato, albido, patella fuſcente terminato. Truncus e baſi valentiore, recta aſſurgit. Radices ſimplices, tenerrimae, euulſioni cautae ſequaces. Genitalia maſcula Auct. in ſpeciminibus paullo vetuſtioribus non reperit; thecae conſuetae figurae p. 53.

para-

paraphyſibus tenerrimis ſtipatae. Semina rotundata, perquam minuta, pellucida. In truncis putridis EHRHARTVS legit.

p. 54. *O. villoſa*, trunco mediocri elongato, patellaque conuexo-marginata villoſa, villis conuexis ſurſum ſpectantibus. Truncus vncialis recta plerumque adſcendit, villis breuiſſimis ad ſummitatem obſitus. Genitalia maſcula Auct. non vidit; femina omnem internam patellae ſuperficiem occupant. Thecae e tenui membrana clauatae paraphyſibus filiformibus tenerrimis ſtipatae. Semina rotunda. Auctumno gregariam EHRHARTVS collegit Hanouerae.

p. 55. *O. craterella*, trunco gracili elongato, albeſcente, patellaque ampliuſcula cum margine aequali concolore, breuiſſimo tomento adſperſo. Truncus teres, de ſummitate dilatatus in crateris formam. Genitalia maſcula aberant. Thecae clauatae, membranaceae, pellucentes, paraphyſibus ſtipatae. Semina oualia. EHRHARTVS Vpſaliae 1774. in ſylua deprehendit.

p. 56. *Endocarpum Puſillum*, trunco plano, exiguo, vario, profunde viridi, nigro punctato; deſuper albido. *Lichen pulmonarius* terreſtris, clypeatus, minimus et indiuiſus, vireſcens. MICH. Gen. et DILLENIVS (Hiſt. Muſc. p. 228. t. 30). Character generis: Thalamus fructificationis intra ſubſtantiam plantae ipſius. Thecae e membranula tenerrima clauatae, diſporae, tetraſporae.

p. 58. *Lichen cupularis*, cruſtae formis, ex albo vireſcens, ſcutellis haemiſphaericis, dilutiſſime lateritiis, margine conuexo, ex albido. Truncus grumoſus; ſubſtantia fere cartilaginea, ſtria ſuperficiali gelatinoſa. Radices nullae, nutrimentum ex atmoſphaerae humiditate gelatinoſo tegmine capere videtur. Genitalia maſcula ſubſtantiae immerſa, puncto-

punctorum nigrorum forma ſeſe produnt; feminea intra monticulos ſphaericos albos, e cruſta eleuatos, reconduntur. Thecae exiguae, cylindricae, paraphyſibus cohaerentibus immerſae. Semina exilia oualia. In rupibus calcareis Hercyniae EHRHARTVS inuenit.

L. citrinus, extenſus, varie diuiſus, lobatuſque, ſupra citrinus, ſubtus albus; ſcutellis concoloribus inaequaliter marginatis, diſco rufo. Trunci ſuperficies tenerrime villoſa, valde bibula. Radices villo tenerrimo, quo natali ſolo arcte adhaeret, formantur. Flos maſculus punctula tantillum eleuata, polline intus referta; femineus monticulus e ſubſtantia eleuatus, expanditur in patellam ouatam, rotundam. Thecae paraphyſibus connatae. Semina rotunda. EHRHARTO in monticulis Hanoueranis et Haſſiacis obuiam venit. p. 60.

V.

Noua acta Heluetica phyſico-mathematico-anatomico-botanico-medica, tabulis aeneis illuſtrata et in vſus publicos exarata. Vol. I. Baſileae, typis et ſumtibus IOH. SCHWEIGHAEVSER, 1787. 4. pagg. 317.

Interrupta ſunt per decem integros annos acta Heluetica, quorum iam nouum prodit volumen, quod nouae collectionis primum eſt. Variae autem cauſae retardarunt continuationem, inter quas primum ſibi vindicat locum, quod tamen pace doctiſſimorum dictum ſit colloboratorum ipſorum, tarditas in obſeruationibus ac meletematibus mittendis, quae prouti conſtat et alia inſtituta egregia interrumpit ac interdum prorſus ſupprimit. Huic acceſſit ceu alia cauſa morbus diuturnus ac tandem inſecuta mors Cl. I. HENR. RESPINGERI, qui dum

in viuis erat, ſocietati a ſecretis fuit, et cuius in lo-
cum iam Cl. DAN. BERNOVLLIVM, virum indo-
ſtrium et de litteris optime merentem ſuffectum
eſſe, maxima animi cum voluptate percepimus.
Neque omni vacat culpa in hoc negotio res mer-
toria atque typographica priſtini actorum impreſſo-
ris I. R. IMHOFF, cuius iam partes SCHWEIGHÄV-
SER in ſe ſuſcepit, de cuius fide atque ſtudio promo-
uendi litteras optima quaeuis poſſumus ſperare at-
que adeo confidere. Iacturam quoque maximam
intra hoc tempus celeberrimorum paſſa eſt ſocietas
ſodalium, inter quos nominare ſufficiat, ALB. HAL-
LERVM, eiuſque filium THEOPH. EMANVELEM
I. G. SVLZERVM, I. H. LAMBERTVM, I. R. ZWIN-
GERVM, DAN. BERNOVLLIVM, patruum DAN. Soc.
ſecr. et LEONH. EVLERVM. Acceſſere tamen noui
ſocii itidem viri doctiſſimi, qui omnes ac ſingu-
cum reliquis ſocietatis membris inuitantur huma-
niſſime, vt eruditas ſuas lucubrationes cito et fre-
quenter actis inſerendas mittant, quo ſerie non in-
terrupta horum actorum volumina continuari atque
prelo committi poſſint.

Huius collectionis autem commentationes ſunt:

p. 1. 1. *Vita* DANIEL. BERNOVLLI phyſ. quondam
Acad. Baſ. Math. P. ord. med. extr. adumbrata et d. 17
Mart. 1783. recitata a DAN. BERNOVLLIO Ph.
M. D. Eloq. P. P. Def. ex fratre IOH. NEP. Ex ce-
lebratiſſima illa familia ortus eſt Noſter, quae de
republica litteraria bene meruit. Ex illa nomina-
mus. IACOBVM, qui 1622. Baſileam venit ibique
ciuitatis ius adeptus eſt, et anno ſequenti genuit NICO-
LAVM Noſtri auum, Ducentumuirum, forique in-
diciarii et curiae rationum aſſeſſorem, Hic prolis
numeroſae parens ex SCHOENAVERIA ſuſcepit IA-
COBVM II. mathematicum profundum, Acad. R.
Pariſ. et Berol. Sodalem, matheſeos in lycco patri-

Pro-

Profeſſorem, a. huius ſeculi quinto defunctum. Ex NICOLAO II. Senatore, NICOLAI I. filio altero ortus eſt NICOLAVS III. I. V. D. mathematicarum primum diſciplinarum in Academia Patauina, tum in vniuerſitate patria, tandemque Cod. et iuris feud. Profeſſor, mortuus 1759. Tertius filius NICOLAI I. parenti ſuperſtes fuit IOHANNES, M. D. noſtri pater, nulli mathematicorum ſui ſeculi ſecundus, plerarumque illuſtriſſimarum Europae acadd. ac ſocc. litterar. ſodal qui poſtquam ſedem mathematicam Groningae Friſiorum per decennium ornaſſet, Linguae Graecae in vniuerſitate patria Prof. deſignatus, antequam hanc prouinciam auſpicaretur, factus eſt fratris ſui IACOBI in cathedra mathematica ſucceſſor, quam ſpartam per annos 42 vſque ad finem vitae, qui incidit in ipſas Kal. Ian. 1748. ſumma cum laude adminiſtrauit. Is praeter DANIELEM noſtrum, duos dedit reipublicae litterariae filios, NICOLAVM et IOHANNEM, quorum I. V. L. Bernae primum per dimidium luſtrum Iura publice tradidit, deinde Petropolin academiae membrum vocatus eſt, quo vero munere vix per octo menſes laudabiliter geſto, iam a. 1726. febre hectica praemature mortuus eſt. Alter IOHANNES II. parens, ſecretarii ſoc. I. V. D. Accad. R. Pariſ. Berol. et Nanceianae ſodalis eloquentiam olim Baſileae profeſſus per quinquennium, poſt obitum patris in mathematicam cathedram translatus eſt, quam etiamnum occupat, ita vt iam per integrum fere ſeculum, iſta cathedra genti Bernoulliae propria quaſi ac haereditaria fuerit. De quo vero eiuſque tribus filiis nihil iam dicamus, ne eorum modeſtiam laudibus noſtris laedere videamur. Natus autem noſter a. 1700. p. 3. d. 29. Ian. patre IOHANNE, et matre DOROTHEA FALKNERIA, Groningae, vbi tunc pater mathemata exercebat. A. 1705. ſe cum parentibus Baſi-

leam contulit, atque in Gymnaſio ibidem ad a. 17
bene meruit atque acceſſit ad academiam optim
quoſque audiuit, doctorés, ac prima laurea ab i
parente 1715., et ſecunda laurea tiaraque doctor
philoſophica ornatus eſt a Cl. I. BVXTORFIO, qua
caſione publice diſſeruit, de inſulſitate eorum
mathematica ſpernunt ſtudia eo nomine, quod m
thematici quondam maleficis fuerint adnumer
In vitae genere dubius haeſit eligendo num Mu
an Mercurio litaret, repudiato poſteriore Mu
eſt complexus, quia autem ex more recepto ſup
riori quam vocant facultati nomen dare debe
Apollineam ſibi elegit artem ob ſingularem qu
dam animi in illam propenſionem, hinc in pat
academia celeberrimos audiuit doctores. A. 17
ad academiam Heidelbergenſem ſeceſſit, multu
que ex DAN. NEBELIO profecit. A. 1719. ac
miam Argentinam ſalutauit. Redux in patr
1720, medicorum ordini gratioſo ſeſe examin
dum praebuit, atque diſſertatione de reſpirati
1721. habita ſummos impetrauit honores. Per
quod tempus domi commoratus ſtudiis ſedulo in
buit, teſtibus iis qui vacante tunc temporis 17
Octobri cathedra anatomiae et botanices, itemq
paulo poſt Logices cathedra ipſi exhibuere, hic ſp
minibus haud ſpernendis laudem ſibi peperit, quor
illa praeſertim nominari meretur diſſertatio poſter
hac occaſione 1722. Febr. edita de methodo exa
nandi ſyllogiſmorum validitatem. Tum A. 1723.
triis Muſis ad tempus valedixit, Venetiaſque tete
vt ſub auſpiciis MICHELOTTI in arte exercitaretur
nica. Ibidem vero in notitiam celeberrimorum ve
mathematicorum in primis RIZZETTI et RICCA
atque edidit 1724. exercitationes quaſdam mathem
ticas. Praemio quoque ab Academia ornatus eſt,

propoſitae ab ipſa quaeſtionis ſolutionem de optimo modo conſtruendi clepſydras, vt a nauigantibus adhiberi commode poſſent. A. huius ſeculi 24. Patauium perrexit viri IOH. BAPT. MORGAGNII audiendi ac frequentandi gratia, ſed infelici fato et morbo graui correptus eſt MORGAGNIVS cum hanc Noſter adiret academiam, vt in ſemeſtri apud muſas Patauinas mora eas vix colligere, neque proficere in litterarum ſtudio quidquam, nedum ſcopum in quem intenderat, attingere poſſet. Bononia tamen nouum in Italia verſanti gradum ipſi parauit, nam Inſtituti ſcientiarum 1724 membrum factus eſt. In republica autem Genuenſi tunc temporis ſimilia conſilia erigendae ſocietatis philoſophicae agitabantur, cui PALLAVICINVS Marchio noſtrum praeficiendum cupiebat, et propterea eumdem proceribus reipublicae commendauerat. Sed cum BERNOVLLIVS modeſtius de ſe iudicans atque ſe non parem huic oneri portando futurum exiſtimans, propterea dubius haerebat, alia ipſi oblata eſt occaſio. Petrus I. ſiquidem cognomine magnus Ruſſorum Imperator Noſtrum cum fratre Petropolin 1725. vocauit, vt cum eodem academiam ornaret naſcentem, verum hoc dulci non diu frui potuit gaudio, nam frater ipſius poſt nouem menſes 1726. e vita diſceſſit. Anno 1730. Petropolin relinquere voluit ob debilitatas ſanitatis ſuae vires, ſed vi quaſi quadam retentus eſt. Ex dimidia enim parte auctum eſt ſtipendium, deſignatus honorarius academiae profeſſor, addicta penſio annua in dies vitae, cum libertate manendi Petropoli, quamdiu ipſi placeret. Igitur triennium ibi adhuc manſit, ſuamque ſcripſit hydrodynamicam, ſiue de viribus et motibus fluidorum commentarios, qui 1738 auctiores prodierunt. Ante diſceſſum autem intellexit ab academia Pariſina propoſitam a. 1734. quaeſtionem

p. 10.

p. 11.

p. 12.

p. 13.

de inclinatione mutua orbitarum planetarum, de-
nuo duplicato praemio a. 1734. diſcutiendis
eſſe, quare manum admouit operi, atque ad acade-
miam miſit diſquiſitiones phyſico-aſtronomica
admirandum autem ſimul patrem decertaſſe atque
en vterque aſſenſu academiae probatus, et ipſis pre-
mium duplicatum diuidendum conceſſum eſt. Re-
liquit autem Petropolim 1733. et poſtea ipſi cum
aliis ſeptem eruditis viris extraneis exemplar no-
miſmatis aurei in pacis cum Turcis initi memoriam
a clem. CATHARINA II. donatum eiuſque imago in
p. 15. conclaui academicorum ſuſpenſa eſt. Comes au-
tem itineris in patriam fuit frater decennio minor
IOHANNES, qui eum inuiſerat et qui auctoris huius
elogii pater eſt. Ambo hi fratres periculoſa nau-
gatione Dantiſcum delati inde ad Batauos, poſtea
Lutetiam Pariſiorum abierunt, et per aliquod tem-
pus commorati a Dn. DE MAVPERTVIS in acade-
miam ſcientiarum introducti ſunt, iiſque praeſenti-
bus tranſmiſſae commentationes phyſico-aſtrono-
p. 16. micae ipſorum lectae ſunt. In patria a. 1733. pro-
feſſione anatomiae et botanices, quam auunculus
eius KOENIG habuerat et doctoris medicinae iuribus
ornatus eſt. Inter hos nouos labores reliqua ma-
thematica non ſepoſuit ſtudia atque etiam ad Aca-
demiam Petropolitanam miſit quotannis commen-
tationes. Soluit quoque problema a Pariſina aca-
demia ſcient. propoſitum, de optima methodo con-
ſtruendi anchoras, iteratum pro a. 1737. in treſque
diſtinctum quaeſtiones; in 1) determinanda aptiſſi-
ma anchorarum figura, in 2) methodo praeſtabi-
liori anchoras fabrefaciendi, 3) Modo optimo
earum vires experiendi, primae praemium accepit
IOHANNES, frater noſtri, alterum TRESAGVET,
tertium DANIEL noſter et POLENI. A. 1740. prae-
mium retulit ob quaeſtionem de cauſa phyſica fluxus

et

et refluxus maris, quod cum tribus aliis concurrentibus inter quos LEONH. EVLER fuit, partitus eſt. A. 1743. palmam ſolus tulit ſcripto de modo optimo conſtruendi acus magneticas inclinatorias. p. 18. Quia vero quaeſtio 1742. de magnetis theoria non ſufficienter ſoluta fuerat iterum illa dilata eſt ad a. 44 et 46. MAVPERTVIS tunc vtrumque fratrem hortatus eſt, vt in certamen prodirent. Noſter faſſus eſt fratri, ſe iam de eo argumento cogitaſſe atque in chartam coniecisſe. Conueniunt autem inter ſe, ſi res feliciter cedat de partiendo praemio, annuit frater et ſic enata ſunt noua principia mechanico-phyſica ad magnetis naturam proprietateſque explicandas ſpectantia, praemium autem reportarunt cum L. EVLERO et DV TOVR. A. 47. cum anonymo Noſter praemium duplicatum partitus eſt ob quaeſt: Quibuſnam obſeruationibus mari tam interdiu, quam noctu, itemque durante crepuſculo verum temporis momentum commodiſſime et certiſſime determinari poteſt? A. 51. duplicato affectus eſt praemio ob quaeſt: de indole et cauſa motus horizontalis et progreſſiui huius vel illius maris tractus (Courant) et modo optimo illum obſeruandi ac determinandi. A. 54 de praeſtantiſſima methodo naues abſque vi venti promouendi. A. 51. de modo optimo minuendi motum nauium libratorium, tam iuxta longitudinem, quam latitudinem earum. Commercium epiſtolicum cum MAVPERTVISIO, p. 20. CLAIRALTIO, CONDAMINAEO, BOVGVERO, LALANDIO, BVFFONO, L. et I. A. EVLERO, LAMBERTO, LAGRANGIO, G. FONTANAE, IVLLABERTO, MALLETO aliiſque coluit. Academiis et ſocietatibus variis adſcriptus a. 24. Bononienſi ſc. inſtituto, a. 30. Academiae Petropolitanae, a. 47. acad. reg. ſc. Berolinenſi, poſt obitum patris Academiae Pariſinae, in quam octo tantum extranea recipiuntur

tur membra, a. 50. Acad. reg. Londinenſis, a. 6
ſociet. oec. Bernenſis, a. 64. Tigurinae, a. 67. Ac
p. 22. demiae electoralis Palatinae A 1750. philoſoph
naturalis Profeſſor creatus eſt. Hanc vſque ad
num 1776. egregie adminiſtrauit ipſi venia conce
vicaria opera DANIELIS vſque ad a. 80. et vſque
finem vitae IACOBI BERNOVLLI vtendi. In eo fu
amor iuſtitiae, miſericordiae, comitas, facilitas, af
bilitas, ſermonis ſuauitas et lepos, temperan
moderatio, frugalitas ac morum ſimplicitas. Vale
tudo eius fuit ſatis integra, ſi leuiores inſultus pod
p. 25. agricos excipias. Sed ſenio accedente catarrhus in
ueteratus ſimul recruduit et anni 86. initium pecto
ris oppreſſionibus, anxietatibus, vrinae difficulta
aliisque malis cruciatus eſt, donec d. 17. Mart. e
p. 26. ſpiraret. In gratiam hiſtoriae litterariae ſcrip
eius ſubnectimus. 1) Diſſ. de reſpiratione Baſ. 172
2) Theſes anat. et bot. ib. e. 3) Theſes logic
de examinanda validitate ſyllogiſmorum ib. 22. 4)
Exercit. quaedam mathem. Ven. 24. 5) Hydrody-
namica, Argent 38. 6) Sermo in Doctoratu GAR-
MANNI. Baſ. 37. In Comm. Ac. Sc. Petrop. exſtat
T. I. ad a. 26. 7) Examen principiorum mecha-
nicae. 8) Tentamen nouae de motu muſculorum
theoriae. 9) Experimentum circa neruum opticum.
T. II. ad a. 27. 10) Theoria noua de motu aqua-
rum per canales quoſcumque fluentium. 11) De-
monſtrationes geometricae de centro virium, oſcil-
lationis, et grauitatis. 12) De actione fluidorum
in corpora ſolida, et motu ſolidorum in fluidis. T.
III. ad a. 28. 13) Methodus vniuerſalis determi-
nandae curuaturae fili a potentiis extenſi. 14) Ob-
ſeruationes de ſeriebus recurrentibus, et earum in-
ſigni vſu pro inueniendis radicibus omnium aequa-
tionum algebraicarum. 15) Continuatio diſſ. de
actione fluidorum in corp. etc. T. IV. ad a. 29. 16)
Proble-

Problema aſtronomicum nouum inueniendi altitudinem poli, vna cum declinatione ſtellae eiuſdemque culminatione ex obſeruatis tribus eiuſdem ſtellae altitudinibus, et duobus temporum interuallis breuiſſimo calculo ſolutum. 17) Theorema nouum de motu curuilineo corporum, quae reſiſtentiam patiuntur velocitatis ſuae quadrato proportionalem, vna cum ſolutione problematis in Act. Lip. M. Noub. a. 28 propoſiti 18) Experimenta coram ſocietate inſtituta in confirmationem nouae theoriae preſſionum, quas latera canalis ab aqua transfluente ſuſtinent. T. V. a. 30. et 31. 19) Notationes de aequationibus, quae progrediuntur in infinitum, earumque reſolutione per methodum ſerierum recurrentium, vt et de noua ſerierum ſpecie. Lect. I. 20) Earundem Lect. II. 21) De motibus corporum reciprocis ſeu oſcillatoriis, quae vbique reſiſtentiam patiuntur quadrato velocitatis ſuae proportionalem. 22) Specimen theoriae nouae de menſura ſortis. T. VI. a. 32. 33 23) Theoremata de oſcillationibus corporum filo flexili connexorum, et catenae verticaliter ſuſpenſae. T. VII. a. 34. 35. 24) Demonſtrationes theorematum de oſcillationibus etc. T. VIII. a. 36. 25) De legibus quibuſdam mechanicis, quas natura conſtanter affectat, nondum deſcriptis, earumque vſu hydrodynamico pro determinanda vi venae aqueae contra planum incurrentis, ab auctoribus, fallaci inductis experimento, falſo aeſtimata, Pars I. 26) Pars II. T. IX. a. 37. De variatione motuum a percuſſione excentrica. T. X a. 38. 27) Commentationes de immutatione et extenſione principii conſeruationis virium viuarum, quae pro motu corporum coeleſtium requiritur. 28) Commentationes de ſtatu aequilibrii corporum humido inſidentium. T. IX. a. 39. 29) De motibus oſcillatoriis corporum humido inſidentium.

T. XII. a. 40. 30) Commentationes de oſcillationibus compoſitis, praeſertim iis, quae fiunt in corporibus ex filo flexili ſuſpenſis. T. XIII. a. 41 – 43. 31) Litterae a D. BERNOVLLI ad L. EVLER, ſiſtentes calculi integralis ſpecimina. 32) De motu mixto, quo corpora ſphaeroidica ſuper plano inclinato deſcendant. 33) De vibrationibus et ſono laminarum elaſticarum, commentationes phyſico-geometricae. 34) De ſonis multifariis, quos laminae elaſticae diuerſimode edunt, diſquiſitiones mechanico-geometricae, experimentis acuſticis illuſtratae ac confirmatae. In commentariis nouis eiuſd. Acad. T. XII. ad a. 66. 67. 35) De vſu algorithmi infinitеſimalis in arte coniectandi. 36) De duratione media matrimoniorum, pro quacunque coniugum aetate, aliisque quaeſtionibus affinibus. T. XIII. a. 68. 37) Comm. de vtiliſſima ac commodiſſima directione potentiarum frictionibus mechanicis adhibendarum. T. XIV. a. 69. 38) Diſq. analyticae de nouo problemate coniecturali. 39) Menſura ſortis ad fortuitam ſucceſſionem rerum naturaliter contingentium applicata. 40) Comm. phyſico-mechanica de frictionibus variis illuſtratae exemplis. T. XV. a. 70. 41) Continuatio de menſura ſortis etc. 42) Examen phyſico-mechanicum de motu mixto, quo laminis elaſticis a percuſſione ſimul inprimitur. T. XVI. a. 71. 43) De ſummationibus ſerierum quarundam incongrue veris, earumque interpretatione et vſu. 44) De vibrationibus chordarum, ex duabus partibus, tam longitudine quam craſſitie ab inuicem diuerſis, compoſitarum. T. XVII. a. 72. 45) De indole ſingulari ſerierum infinitarum, quas ſinus vel coſinus angulorum arithmetice progredientium formant, earumque ſummatione et vſu. 46) Expoſitio theoretica ſingularis Machinae hydraulicae, Tiguri Heluetiorum exſtructae. T. XVIII. a. 73.

47)

47) Theoria elementaris ſerierum, ex ſinibus atque coſinibus arcuum arithmetice progredientium diuerſimode compoſitarum, dilucidata. 48) Noua determinatio centri oſcillationis in corporibus qualibuſcunque filo flexili ſuſpenſis, eiuſque a regula communi diſcrepantia. T. XIX. a. 74. 49) Comm. phyſico mechanica generalior principii de coexiſtentia vibrationum ſimplicium haud perturbatarum in ſyſtemate compoſito. 50) Comm. phyſico-mechanica ſpecialior de motibus reciprocis compoſitis, multifariis, nondum exploratis, qui pendulis bimembribus facilius obſeruari poſſunt, in confirmationem principii ſui de coexiſtentia vibrationum ſimpliciorum. T. XX. a. 75. 51) Aduerſaria analytica miſcellanea de fractionibus continuis. 52) Diſquiſitiones vlteriores de indole fractionum continuarum. In Actis Acadeem. Pro a. 77. P. I. 53) Diindicatio maxime probabilis plurium obſeruationum diſcrepantium, atque veriſimillima inductio ita formanda. P. II. 54) Spec. philoſophicum de compenſationibus horologicis, et veriori menſura temporis. In Recueil des pieces qui ont remporté le prix de l'acad. R. des ſc. de Par. exſtant omnia ſcripta BERNOVLLI praemio ornata, quae ſunt 55) Diſcours ſur la manière la plus parfaite de conſerver ſur mer l'égalité du mouvement des clepſydres, ou ſabliers. 56) Recherches phyſiques et aſtronomiques, ſur l'inclinaiſon mutuelle des Orbites des planetes. 57) Reflexions ſur la meilleure figure à donner aux ancres et la meilleure manière de les eſſayer. 59) Traité ſur le flux et reflux de la mer. 59) Mémoire ſur la manière de conſtruire les bouſſoles d'inclinaiſon. 60) Nouveau principes de Méchanique et de phyſique, tendans à expliquer la nature et les propriétés de l'Aiman. Haec diſſertatio communi DAN. et IOH. fratrum nomine edita eſt. 61)

Recher-

Recherches phyſiques et aſtronomiques ſur la meilleure manière de trouver l'heure en mer etc. 61) Mémoire ſur la nature et la cauſe des Courans etc. 63) Recherches ſur la manière la plus avantageuſe de ſuppleer à l'action du vent, ſur les grand vaiſſeaux etc. 64) Principes hydroſtatiques et mechanique ſur la meilleure manière de diminuer le Roulis et le Tangage d'un navire etc. In Hiſt. et Comm. Par. 65) Eſſai d'une nouvelle Analyſe de la mortalité cauſée par la petite-vérole. 66) Recherches ſur le ſon et ſur les tons des tuyaux d'orgues differemment conſtruits. In Hiſtor. et Act. Berol. 67) Nouveau problème pour déterminer généralement le mouvement variable d'un tuyau mobile etc. 68) Remarques ſur le principe de la conſervation des forces vives, pris dans un ſens général. 69) Reflexions ſur les nouvelles vibrations des cordes. 70) Sur le melange de pluſieurs eſpeces des vibrations ſimples iſochrones, qui etc. 71) Mémoire ſur les vibrations des cordes d'une épaiſſeur inégale. In Act. Er. Lipſ. 71. Notata ad IAC. RICCATI animaduerſiones de aequationibus differentialibus ſecundi gradus. 72) Explanatio notationum praeced. 73) Solutio problematis Riccatiani. In act. Helvet. 74) Diverſes Réflexions concernant la Phyſique générale, I. Mém. 75) — — — II. Mém. 76) Mémoire ſur les nouvelles aiguilles d'Inclinaiſon, faites à Bâle par M. DIETRIC. In Deſcriptione ditionis BASIL. BRVCKERI. 77) Dimenſio locorum quorundam ditionis noſtrae, ope Barometri facta, cum obſeruationibus iſtam methodum menſurandi illuſtrantibus.

Commentationes autem huius voluminis excipiunt ſeſe hoc ordine:

p. 33. I. I. FRC. DE IACQVIN N. I F. *obſeruatio de lacerta viuipara.* Lacertam praegnantem capſulae in-

incluſit, poſtero die editis ſex lacertis ſtipatam inuenit, quorum in capſula reliquorum veſtigia nulla fuere.

2. EIVSDEM *tria genera plantarum noua.* Primum eſt *Sclerocarpum Africanum*, cuius deſcriptio: *Cal.* communis ouato-rotundatus et ſulcatus ex foliolis pluribus, oblongis, craſſis, carinatis, conniuentibus, gibbis, muricato-rugoſis, hinc aſperis, erectis, perſiſtentibus in fructu et tunc induratis, numero eodem floſculorum. *Floſculi foeminei* pauciſſimi ab vno ad quatuor, in radio poſiti. *Corollae* tubus infundibuliformis, limbus ligulatus, rotundus, emarginatus, patens. *Piſt.* germen filiforme, longiſſimum, hirſutum. Stylus nullus. Stigma nullum. *Floſculis hermaphroditis* circiter octo eſt. *Cor.* tubuloſa erecta, apice quinque dentata, extus villoſa. *Staminum* filamenta quinque breuiſſima. Antherae quinque connatae, limbo petali incluſae. *Piſtilli* germen figura ſeminis. Stylus filiformis, petalo longior. Stigma bifidum reuolutum. *Semen* foemineis nullum. Hermaphroditis nigrum, nitidum, ſquamae calycinae induratae, arctiſſime incluſum, longitudinaliter ſemio ouatum, baſi acutum, ſuperne obtuſum, compreſſum, nullo pappo vel margine coronatum, cum nucleo albo, qui facile a cortice poteſt ſeparari. *Receptaculum* nudum, minimum. Alterum eſt: *Elaeodendrum orientale.* *Cal.* Perianthium pentaphyllum, perſiſtens; foliolis rotundis, obtuſis, concauis, paruis, patentiſſimis. *Cor.* Petala quinque, ſubrotunda, obtuſa, concaua, patentiſſima, calyce duplo longiora. *Stam.* Filamenta quinque, ſubulata, petalis paulo breuiora, non erecta, ſed tandem inter petala retrorſum flexa, orta ex diſco germinis. Antherae ſubrotundae, didymae, ſeſſiles. *Piſt.* Germen ſuperum ex diſco pentagono aſſurgens ſenſim in ſtilum conicum longitudine ſtaminum. Stigma obtuſum, bifidum. *Par.* Drupa ouata,

p. 34.

p. 36.

ouata, obtuſa. *Sem.* Nux eiuſdem figurae, glabra, lignea, craſſiſſima, duriſſima, bilocularis. Nuclei ſolitarii, oblongi, compreſſi, longitudine fere ipſius
p. 38. nucis, cortice rufo, intus albi. Tertium: *Lachenalia tricolor. Cal.* Perianthium inferum, coloratum, corolla duplo breuius, erectum, obtuſe trigonum, monophyllum, baſi ſupra vltraque pedunculum gibboſum, profunde trifidum: laciniis late ouatis, obtuſis, corollae arcte accumbentibus; extima carinata et ad apicem callo depreſſo inſtructa; reliquis concauis. *Cor.* Petala tria erecta, ex receptaculo communi orta, cuneiformi oblonga, emarginata, conniuentia ſimul in tubum cum limbo breui patuloque. *Stam.* Filamenta ſex, ſubulata, aequalia, erecta, fere longitudine corollae, tria ad baſin petalorum, quibuſcum auelluntur vna, tria cum petalis alternantia. Antherae oblongae, incumbentes. *Piſt.* Germen ſuperum, triquetro-ſubrotundum, paruum. Stylus filiformis, erectus, longitudine ſtaminum. Stigma ſimplex. *Per.* — *Sem.* — Planta ſpecioſa. Aliam addidit plantam ad genus Sterculiae pertinentem adlatam in Europam ex inſula S. Mauritii, huius nominis, *Arboris ex China*
p. 41. vaſtiſſimae, cuius haec facies: *Flores hermaphroditi Cal.* nullos. *Cor.* Petala quinque, ad baſin leuiuſcula veluti connata, linearia, plana, acuta, longiſſima, fere tota quanta reflexa, ſpiraliter reuoluta. *Stam.* Filamenta nulla. Antherae circiter viginti, ſulcatae, obtuſae, ſitu inordinato baſin germinis occupantes. *Piſt.* Germen longe pedicellatum, ouatum, quinque ſulcatum, erectum. Stylus ſubulatus, villoſus, longitudine germinis. Stigma peltatum, obſolete pentagonum. *Per.* Capſulae quinque, cymbiformes, inflatae acutae, magnae, longitudinaliter dehiſcentes, coriaceae. *Sem.* plura ſubrotunda, baccata, marginibus futurae affixa.

Flores

Flores maſculi. Cal. nullus. *Cor.* vti in hermaphroditis. *Stam.* Filamenta nulla. Antherae quales in hermaphroditis, pedicelli craſſiores, quam in iſtis apicem obſidentes; quarum in centro occultatur rudimentum fuſceſcens germinis.

3. *Sur le Son des corps élaſtiques, par feu* M. LAMBERT. p. 42.

4. *Sur les Machines qui produiſſent leur effet au moyen d'une Manivelle par* M. LAMBERT. p. 75.

5. DAN. MELANDRI (MELANDIER - HIELM) *Meditationes nonnullae de diminutione ſolis et reſiſtentia aetheris.* p. 98.

6. I. ROD. ZWINGERI Hiſtoria purpurae albae et rubrae Baſileae 1756. obſeruatae, edita ab eius Nepote I. LVD. BVXTORFIO, Poliatro Baſ. Satis accurate, praemiſſa breui morbi hiſtoria, qui tunc primum Baſileae apparuit, naturam huius morbi deſcripſit Noſter, atque ſuis obſeruationibus eumdem illuſtrauit. Deinde, qualis victus debeat eſſe ratio, reſpectu diuerſarum circumſtantiarum, quae methodus ſit adhibenda, et qua prophylaxi vtendum. p. 108.

7. PH. RVD. VICAT. *Hiſtoria cephalaeae rheumaticae, amblyopia et tuſſi ficca ſtipatae, atque cum gaſtrodynia alternantis, quaſſiae ligni infuſo tandem ſuperatae.* Praeſcriptis diaeta et regimine congruis, exhibitis laxantibus lenioribus, elixirio intr. pharm. Suec. decocto ex Bardana, polypodio Dulcamara, enula, caricis, baccis Iunip. aurantiis Curaſſau. et tartaro ſolubili, miſſo elixirii vſu, electuario ex China etc. aliiſque et tandem Quaſia adhibita aeger conualuit. p. 118.

8. EIVSDEM *hiſtoria paraplegiae in ſeptuagenario aſthmatico ſaliuatione ſpontanea perfecte curatae, diſſipato ſimul aſthmate.* Hiſtoriam hanc commemoratam egregiis illuſtrauit ſuis obſeruationibus. p. 125.

9. EIVS-

p. 136. 9. EIVSDEM *Hiſtoria ſenis aſthmatici, qui po*
longam diarrhoeam, ſuccedente dyſenteria et erump
tibus epinyctidibus, ab aſthmate liberabatur: hae a
tem ſuppreſſa poſt aliquot menſes, et ſuperueni
tandem hydrope. ſuffocatione et abdominis gangra
ſcenam claudentibus funeſtam. Morbum illum inu
teratum fuiſſe cenſet, de epinyctidibus autem ob
ſeruat eas aliquatenus receſſiſſe a charactere genero
Vriditis, ad quod tamen genus pertinere viden
ipſae: fuere enim veſiculae in illo aegro non lat
ſed granis milii vix maiores. Praeterea non ſolu
crura et brachia occuparunt, ſed etiam reliqu
corpus excepto capite.

p. 143. 10. *Accurata deſcriptio peculiaris tuiuſdam ſ*
generis affectus, quo laborauit vir quidam 28 annor
vna cum epicriſi. Auct. MATTH. MEDERER. Morbu
ipſe ſatis accurate ac plene deſcriptus, ortus ex ro
mica, quae in infantia beneficio naturae rupta era
dein vero iterum ſucceſſu temporis ſaccum form
uit, vnde excreationes purulentae. Quoad nome
huius morbi Cl. MEDERER conſuit illum neque
morbum pectoris, neque apoſtema fuiſſe, ſed nihi
aliud quam ſaccum in thorace ſiniſtro, qui indeſ
nenter materiam excoxit, eandemque rurſus pe
fauces eiecit.

p. 169. 11. *Oratio de mirabili corporis humani artifi*
quibuſdamque praecipue momentis circuitum vitalis
adiuuantibus, ſummae nimirum Creatoris Sapientiae
manifeſtis indiciis, habita in auſpicando Rectoris ac
demici munere ab ACHILLE MIEGIO. Non inelegan
oratio, res in illa contentae perſpicue ac popular
ter ſunt propoſitae, atque doctrinae medicae ita a
vſus vitae humanae accommodatae, vt quilibet ea
perſpicere ac intelligere queat, quare merito Cl. lau
damus auctorem.

12. CAS-

12. CASP. WETTER *obſeruationes quatuor chi-* p. 196.
rurgicae, quarum I. de felici hirudinum et corticis Thymelaeae effectu, in ſcirrhoſa glandulae paro-idis induratione a metaſtaſi orta. II. De teſticuli tu- p. 203.
more inſigni, ſcirrhoſo, cineris lignorum applica-tione curato. III. De ſingulari tumore in abdomine, p. 205.
ex meris minutis calculis, vt exitus docuit, conſtan-te. IV. De febre putrida, petechiis, et ſanguine vn p. 211.
dique tranſſudante ſtipata. Haec morborum gene-ra, adiectis variis morborum hiſtoriis deſcriptiones probe illuſtrantibus ita ſunt propoſita, vt A. Cl. in obſeruando ſagacitas ac promptitudo, in theorema-tibus medicis ſemel pro veris aſſumtis ſtabiliendis confirmandiſque ſtudium prorſus ſingulare, et in variis morborum formis ac propriis differentiis pe-nitius cognoſcendis ac rite conſtituendis ſolertia, in-de appareant.

13. DANIEL. BERNOVLLII *deſcriptio partus bi-* p. 216.
pitis. De hac hiſtoria prodiit quoque Cl. C. FR. WAHLERI diſſertatio, *de foetu bicipiti*, Baſ. 1786. quae cum ſit iconibus illuſtrata, atque auct. Cl. in quibuſ-dam a Noſtro diſſentiat, vtique meretur illa, vt hic conferatur. Ipſa autem hiſtoria ſtatum ac conditio-nem ipſius grauidae accurate proponit, adiectis ani-maduerſionibus doctiſſimis, ac aliis hiſtoriis de foeti-bus bicipitibus additis ſuo egregie functus eſt offi-cio. Etiam propter adpoſitas quaeſtiones phyſio-logicas hoc argumentum magis magiſque ac dilucidius illuſtrantes, applauſu doctorum virorum di-gnus eſt cenſendus.

14. IAC. BERNOVLLII *Diſquiſitiones hydroſta-* p. 229.
ticae.

15. *Com. de* RAZOVMOWSKY *obſeruationes ſu-* p. 238.
per natura quorundam montium ditionis Bernenſis.

16. A. SOCINI, *obſeruationes duae medico-pra-* p. 259.
ticae, quarum *altera* de pure magna copia ſponte

ex vmbilico puellae octo annorum emiſſo tra
altera de ſanguinis ſputo. Multa ſymptomata
clarare videbantur in inteſtini lumbricos reſi
erga aduerſus illos fuit exhibitum remedium,
vmbilicus ſuperne paululum d. 14 Maii intum
ex quo 15 eiuſdem tumore magnitudine uell
eleuato, exſiliit ex vmbilico ſponte pus co
non foetens, coloris ex flauo virideſcentis, et
bihorii ſpatium puris copia 8 aequauit libras
ſuperiori parte vmbilici dextrorſum, foramin
conſpicuum fuit, fontis purulenti origo. D
rite ordinata abdomen faſcia firmandum et le
comprimendum curauit Ad Iunii circiter me
pus prodiit denuo; igitur extus vulnuſculum a
iuria aeris per emplaſtrum defendit. ſed ita vt p
quod copioſe ſtillauit liber concederetur ex
Tandem ſtillare ceſſauit, et conſolidatum eſt
tura vulnuſculum. Alter morbus grauis aequ
cundum omnia ſymptomata hic probe deſcri
et aeger in integrum eſt reſtitutus.

p. 270. 17. WERN. DE LACHENAL *Emendationum et
ſtariorum ad* HALLERI *hiſt. ſtirpium Helu.* B
emendationes, quae tamen ob noſtram breuita
hic apponere non licet.

p. 307. 18. DANIEL. HVBERI, *circa phaenomena,
in ſtella Perſei Algol obſeruantur, propoſitio
quaedam.*

VI.

Occurſus medici de vaga aegritudine infirm
tis neruorum ANDREAE COMPARETTI. V
netiis, typis Franciſci ex Nicolao Pez
MDCCLXXX. pag. 379. 8.

Mo

Monet in praefatione Cl. auctor, ſyſtematicam morborum diuiſionem ſaepe parum ſufficere praxi medicae, vbi ſingula, quae detegerat atque collegerat ſenſus, in ſyſtemate concinnare anniſus eſt intellectus. Rationem itaque reddit, cur talem ſibi elegiſſet rem pertractandi modum. Hyſterici enim morbi genus, ſi ad ſyſtema reſpexeris, quam maxime abeſt a genere morbi hypochondriaci, cum illud ad claſſem ſpaſmatum, ſiue morbi motorii, hoc ad claſſem veſaniae, ſiue morbi mentalis referatur. Attamen praxis, quae cuncta et ſingularia ſymptomata, eorumque cauſas reſpicit, tam magnam reperit horum morborum affinitatem, nec vtriuſque morbi ſeiunctionem patitur curandi ratio. Qua ex re apparet, difficile eſſe in ordine quodam ſpecimen elaborare practicum. Igitur quaſdam egregias deſcripſit horum morborum hiſtorias, et diligentiſſima collegit obſeruatione phaenomena, quae refert naturam vexata, deinde omni hiſtoriae ſubiecit analyſin, qua faciem morbi multiformem in compendium reductam, quo propior ſterneretur via progreſſioni analyticae, ſeu tractatui generali, morbi ſymptomatis, ſedes, cauſas et curandi rationem expedienti. Occurſum autem medicum appellauit hunc librum, quia illi animo nunquam fuerit, magnum contexere volumen, ſed exiguum duntaxat ſpecimen rerum, quae ſibi ſe obtulerunt, exhibere. Cur vagam infirmitatis neruorum aegritudinem ſibi placuerit nuncupare hunc morbum, ea eſt ratio, quia magnae affectionum et ſymptomatum varietates per neruos debiles fiunt, et peruagantur. Rem vt rite conficiat, exhibet primum Noſter octo aegrotantium hiſtorias, quae variam ſeriem et mutuam laeſi ſyſtematis nerp. 1 - voſi affectionum viciſſitudinem, morbi progreſſum, 62. finſque felicem curationem; neque minus remedia ineſſum adhibita fideliter referunt ſic, ne de eorum

veritate vllus dubitandi ſit locus. Simul vnicuique hiſtoriae breuis ſubiecta eſt analyſis, quae aegrotantis conſtitutionem rerum externarum, quibus
p. 63 - noxius fuerat, potentiam et remedia adhibita lentius demonſtrat. In progreſſione, quae has
64. borum enarrationes ſequitur, analytica oſtendi anniſus eſt cl. auctor, hunc morbum, phaenomena licet valde inter ſe differant, ad ſpaſmatum genus poſſe referri. Genuinam autem conſtituere morbi definitionem, quae ſecundum *Saluageſii* ſententiam in ſymptomatum enumeratione conſiſtit, non ſic
p. 65 - eſſe, iam in principio monuit. Procedit tam
67. enarrare ſymptomata, eorumque diſquirere naturam, demonſtrans, qua in re inter ſe conuenient et quomodo differant. Comparat deinde haud aliqua probabilitate hoc aegritudinis genus, cum illo quod veteres hypochondriacam in viris, in feminis hyſtericam appellarunt affectionem, quodque ſub vaporum nomine complexere, eo conſilio, qui
p. 68. meliorem reddat rationem, cur vagam infirmitatem neruorum aegritudinem hunc nominauerit morbum. In § II., in qua cauſas remotiores exponit,
p. 69. commemorat, hunc morbum Venetiis ita frequentem eſſe, ac pleroſque homines, vitam inprimis ciuilem gerentes, infeſtare, vt propterea nuncupetur morbus hodiernus. Ad cauſas praecipue referuariabilem aeris conſtitutionem et facillimam frigoris et caloris mutationem, quia tota regio prope littora ſinus Adriatici vndique eſt aperta, igitur ventis facile perflari poteſt; inter quos Notus, plu-
p. 71. beus Auſter et Africus ſunt frequentiores. Memorat porro aeſtiuum calorem et hybernum frigus maius eſſe, quam proximis regionibus, ſub eodem parallelo latitudinis, nimirum 45°, 26′, circitus. Atmoſphaeram inſuper multis inquinari effluuiis, quae paluſtres et aquae poſt maris refluxum ſtagnan-

es ibi deponunt, quaeque mephiticis cloacarum et
atrinarum exhalationibus augentur. Aquam potui p. 73 –
nseruientem esse aut pluuialem aut fluminalem sa- 74.
e marino saepe vitiatum. Peruersam Venetorum
ituperat victus rationem, inprimis nimiam potus
offeae, aliorumque calidorum sorbitionem; nihilo
minus pueros educandi rationem, exercitationis ne-
gligentiam, et disciplinarum cupiditatem iusto ma-
turiorem incusat, aliaque vitia diaetetica, quae proe-
gumenam gignant aegritudinis causam, i. e. solido-
rum imbecillitatem, simulque praedispositа natura
morbum in motum protrahere valeant. De quibus
omnibus docte atque erudite agit, eorumque mu-
tuam in corpus potestatem dilucide perpendit. In
. III. pergit docta oratione morbi sedes et causas p. 97. –
inquirere. Veterum opinionibus, ob varios in phy- 103.
ologia, quos commisere, errores, indulgere noluit,
otius obseruationes perscrutando nos meliora do-
cere studet. Sedem primariam, quia peruersa vi-
tus ratione cum maxime virium naturalium systema
nfringitur, posuit in ventriculo et vtroque intesti-
no. Quod manifestum est ex iis, quae commemo-
rantur, symptomatibus, e. c. vomitu, borborygmis,
uctibus flatibusue perpetuo erumpentibus, ventri-
culi et intestinorum dolore, aluo mox laxa mox ob-
stipata etc. quae omnia citius seriusue apparere so-
lent. Doloris in hypochondrio dextro latentis, qua- p. 103–
is mulierem (vid. hist. VII.) cruciabat, sedem esse 107.
n colo eiusdem lateris, diductius explanare studet,
simulque refutat Cl. VIEVSSENII sententiam, qui
omitem affectionis nerueae vaporosae plerumque
intestino duodeno inhaerere, ibique quandam bilis,
accedente quolibet succo acerbo, fermentationem
cieri, statuit. Quo consilio, multa cum bile, quae
ipse instituerat, experimenta, nec non, quae in mul-
torum cadauerum sectione obseruauerat, nobiscum

p. 107- communicauit. Neque hepatis, lienis aliorum
113. viſcerum infimi ventris obſtructiones, immunes
cenſet in procreanda hac aegritudine. Quario
etiam, tubarum fallopianarum et vteri vitia huc
fert. Attamen aſſerit ſaepe has partes ſe inſo
reperiiſſe in cadauerum hoc morbo laborantium
potius, ſi adfuiſſent earum partium vitia, vt ea
morbi effectibus ſalutari poſſent, arbitratur.

p. 114- autem WILLISIVS *) ſaepe viderit neruorum
115. viſceribus proſpiciunt abdominalibus, plexus,
non in occipite neruorum initia in mulierum hyſ
carum cadaueribus, vtero prorſus inſonte, ſero
madere, vel hydropicorum modo eorum mem
nas laxas, diuulſas et in molem elatas deprehe
rit, et hac ratione ductus crediderit, originem
ctionis hyſtericae in his conſiſtere, vt appareat,
veri inſit huic ſententiae, ad anatomicam gang
rum et plexuum perquiſitionem A. accedit. Gan
docet eſſe corpuſcula, ſingularis ſtructurae, ex
p. 117- atque neruis ita conflata, vt intus duplicem habe
121. ſubſtantiam, alteram *albo et rubro vaſculare*,
p. 122- ram *ſubflauo neruea*m. Ita deſcribit, ſecundum
131. naturam, quam ſe ipſe conſuluiſſe fatetur, gang
ſic dicta, oliuare, ſphaenopalatinum, ceruicalia q
que et ſpinalia, quippe quae prioribus ſunt ſim
ciora. Quorum omnia, quorſum progrediun
filamenta conſequitur, ea inprimis, quae arte
amplectuntur, et in earum tunicas ſe inſer
p. 132- Hanc ſimul adiicit animaduerſionem, quod hu
134. quae cultri acies et ſedula inſpectio detegerit, al
apparuerint, ſi macerationi ſubiecerat has par
Qua de cauſa non difficile eſt iudicatu, cur anato
ci tam multiplices et varias propoſuerint deſcrip
nes, neque res, quantum debuiſſet, ſit perac
p. 135- Verumtamen ex hac gangliorum anatome pa
138. hom

*) De morb. conuulſ. Cap. X.

humores posse in iis congeri et stagnantes ita immutari atque corrumpi, vt vel irritando, vel ob molem suam premendo neruorum stamina stimulare queant. Quod sectione viri cuiusdam, qui melancholia neruea obiit, confirmare studet. Ventro enim aperto vidit, ganglia semilunaria magnitudine valde exigua, contra firmos, crassos et tumescentes plexus stomachicos, eorumque propagines. Cerebri, cuius vtraque substantia firmior, quam par est, occurrebat, vasa crasso et cinereo lymphae coagulo scatuit, et omnes corticalis substantiae sinuositates, tali humore fuerunt repletae. Insuper monet, quod hac in re plures desiderentur obseruationes, quem defectum vt expleant anatomiae pathologicae scriptores, foret optandum. Pergit perscrutare neruorum, quod cum arteriis ineunt, commercium, et accuratiori obseruatione, quam in subclauia et carotide instituit, se edoctum fatetur, neruorum surculos vere in vasorum tunicas se diffundere atque immitti. Hinc facile est explicandum, quod vexatis neruis quoque perturbari debeat humorum circulatio. Quod non modo experimenta in viuis animalibus instituta, sed etiam phaenomena in homine sensibili obseruata probant. Postea quaestionem mouet Auctor, quae sint causae, vt tam varie differat neruorum agilitas? Sententiarum discrimen ostendit rei obscuritatem. Docent nonnulli, sensibilitatis discrimina proficisci a differenti partium conditione, in quibus impressiones fiunt. Huiusmodi conditio non solum a germinis differentia in indiuiduis, a varia consistentia substantiae neruae in originaria constitutione, sexu et temperamento pendere videtur, verum etiam a constitutione partium, quae aut obtegunt extrema neruorum filamenta, vt est cutis, aut earum, quae iisdem neruis connectuntur, vt sunt vasa et musculi; nedum a mutationibus, quae in aetatum curriculo

p. 139–147.

p. 148–151.

p. 154- contingant. Quod Auctor multis confirmare
159. mentis ſtudet. Monet tamen, nos adhuc
ignorare, vtrum in hac ſyſtematis neruoſi aegr
dine vis neruea aut intenſa, aut remiſſa, aut pert
bata ſit? quia eius naturam, extenſionem, leges
que motus nondum ſatis perſpectum habemus,
in eius diſquiſitione copioſiſſimis, vt in aliis vir
phyſicarum v. c. grauitatis, elaſticitatis etc. eorum
que effectibus, examinibus, experimentis vti poſſ
mus. Ita omnia, quae nobis nota magis inducti
p. 160- ni, quam experientiae debentur. Exponit nun
166. effectus, quae hactenus docuit obſeruatorum aſſidu
tas, ſimul indicans, experimenta et tentamina, qu
p. 166- bus adhuc caremus. Eluceſcit autem ex his omnibu
168. quantum valeat ad producendam vis neruea infi
mitatem dyſcraſia humorum et ſolidorum nimia
p. 170. laxitas, aut conſtrictio. Quae neruorum infirmit
et inde nata ſenſibilitas, per effectus eo magis
p. 171. creſcens, parit aegritudinem vagam. §. IV. oſten
ditur, quod eiuſmodi effectus non tantum a cerebr
atque neruis, ſi affecti ſunt ad partes extremas, ſe
extendat, ſed et vice verſa a partibus ad caput
medullam ſpinalem aſcendant. Quod et aegrotan
tium ſenſus, et remedia variis in locis adhibita apte demonſtrant, nec non ex mira neruorum inter
p. 183. ſe coniunctione facile eſt explicandum. Cum inſu
per compertum habeamus, quo confertiores in ali
qua parte ſint neruorum ramificationes, iſtam eo
facilius hac aegritudine infeſtari. Quod luculente
apparet in minori arcu ventriculi, per quem maxi
me repere ſolent cum arteriae gaſtrico coronariae
ramificationibus gangliorum abdominalium ſoboles.
Neque difficile explicandum eſt, cuiuſmodi ſit mu
tua ſymptomatum coniunctio, ita, vt haec, quae
aliorum fuerint effectus, rurſus aliis tanquam cau
p. 185. ſae inſeruiant. Quod profecto auctore noſtro no
mo

mo melius atque ſtudioſius explanauit. Virium nervearum infirmitatem, quae vt plurimum inſtrumentorum ſentientium et mouentium mobilitatem ſecum ducit, pro cauſa praediſponente affectionum, quae huc occurrunt, vt ſit habenda, perſpicuum eſt cum errores in vtendis rebus non naturalibus Venetiis, vt antea monitum eſt, frequentiores illis perpetuo viam proſternant. Ita dyſcraſiam humorum gignant, oportet; inde exanthemata prurigines, aliaeque paſſiones, quibus copioſe tales aegrotantes vexantur. Eiusmodi quoque ſyſtematis p. 188.
neruoſi imbecillitas, ſi topica eſt, pro varia partium, quas occupat functiones, varios imo diuerſos in medium profert effectus. Sic in canali alimentari ob labefactam concoctionem impedire, ſicuti debuerit non poteſt fluidi gaſſeoſi euolutionem; inde inflationes borborygmos, tremores, flatus, ructus et vomitus oriuntur. Quo acriores facti ſunt humores ventriculum inquinantes, eo facilius ſenſus famis et inappetentiae alternare poſſunt, et neceſſario hac de cauſa cardialgiae et colicae paſſiones ſequuntur. Si autem ab alia quacunque demum p. 194. p. 196.
cauſa laeſa fuerit gangliorum ſubſtantia ſubflauo-neruea, patet, aegritudinem poſſe deferri ad eas, quas adeunt funiculi neruoſi, partes, earumque functiones perturbari. Quam ſymptomatum ſyn- p. 238.
dromen nunc ſecundum gangliorum anatomen, eorumque viſcerum, quibus neruis ſuis proſpiciunt, ſingulatim percurrit, et phaenomenorum obſeruationibus nec non cadauerum ſectionibus confirmare ſtudet. Phaenomenis accurate perpenſis ductus p. 240.
non absque probabilitate coniicit, quod ganglia eo a natura conſtituta ſint conſilio, quo impediant cerebri et medullae ſpinalis influxum in eas partes, quas ab illis diſiungunt, quia ab irritata medulla ſpinali motus cordis non augentur, et ſaepe dolo-

res maximi pulſus neque maiores, neque veloci-
res reddunt. Adiecit ſimul in calce huius §. alio-
rum de vſu gangliorum ſententias atque opiniones
p. 245 Ad curandi rationem in §. V. progredions Auct. no-
— 265 net, hanc a nullo pendere debere ſyſtemate, nul-
lique hypotheſi, quaqua ingenii acie ſit exſtructa,
ſubiici. Perpetuo reſpondeat cauſis remotis, opor-
tet, cum proximam huius aegritudinis cauſam ad-
huc dum ignoremus. Sanguinis miſſionem inter
remedia primo loco recenſet, aſſeritque hanc non
conuenire, mox nocere. Oſtendit enim ſaepe re-
geri ſymptomata, et quamuis quoad tempus quo-
dammodo conducere videatur, tamen in progreſſu
non raro nouam paret morbi cauſam phlebotomia.
(Attamen ſigna, quae adiicienda erant, quando ar-
vena ſit ſecanda, aut hirudines pro excitandis hae-
morrhoidibus debeant applicari, hic deſiderantur.)
Sane difficilius eſt iudicandum, vtrum pulſus dure-
ties et magnitudo, anxietas, vertigo, oculorum
calligatio, etc. indicent ſanguinis abundantiam, quip-
pe quae etiam ab humorum peruerſitate, ideoque
p. 266 neruis male affectis non raro mentiuntur. Vomi-
— 268 toria, inter omnia, quae ductum alimentorum eur-
cuant, medicamina, minus placent Noſtro, quo-
niam raro aliquid praeſtant, et ſemper ſtomachi
atoniam inducunt. Tamen eorum vſum, ſi cauti
adhibentur, non omnino refutat, inprimis ſi bilis
p. 269 congeſtione neruis moleſtiae procreantur. Purgan-
tia fortiora non immerito vitanda exiſtimat, cum
ſaepe, imo ſemper noxam inferant. Lenem etiam
et frequentem alui ſolutionem raro profeciſſe, vi-
dit. Experientia perſuaſus rheum ceteris huiusmo-
di remediis palmam mereri, illi videretur, etſi de
eius in bilem efficacia, quam alii propoſuerunt, ad-
huc dubitat. Clyſteres emollientes leniunt, fre-
quentiori vero earum vſui adſueſcit natura, et pe-
rum

rum opitulantur. Acriores magis nocent, quam adiuuant. Quoad calorem nihil certi eſt, cum Auct. modo frigida, modo calida clyſmata profuiſſe, obſeruauerit. Neque aliud euacuantium genus negligendum putauit, ſcilicet cucurbitulae, veſicantia, cauteria et fonticuli. Cucurbitularum vſum veteres iam cognouiſſe erudite monſtrat. Diuturnum brachii dolorem, qui nullo medicamine vinci poterat, ſaepe per cucurbitulas parti dolenti pluries impoſitas ſanauit; ſed gracilioribus facilius quam obeſis hoc curandi genus profuit. Tali etiam modo multum leuaminis attulerunt cantharides, partibus dolore rheumatico affectis impoſitos, inprimis ſi vires naturae fuerant ſegniores; vnde ſaluberrimi effectus, quos COTVNNI in iſchiade neruoſa, WHYTTIVS in hemicrania ac motibus conuulſiuis et TISSOTIVS in epilepſia viderunt, ſunt deriuandi. Fonticulorum praeſtantiam ipſa natura demonſtrat, quippe quae non raro ab ea ſponte progignuntur, quod exemplis medentibus eſt imitandum. Oleorum recentium ad ſedandos motus ſpaſmodicos vſum magis experientia, quam chemica analyſis ſuadet. Data hac occaſione docte atque aperte declarat Auct. quam vana ſint tentamina chemica in explicandis medicamentorum agendi modis. Optandum foret, vt ne tali explicatione abuteremus, niſi liquorum digerentium, mutationumque, quas ſubeunt aſſumta, plenaria fuerit cognitio. Recte monuit, non adhibenda eſſe olea, ſi vires langueſcant, ſimulque adſit humorum craſſities. Opii, quanta ſit eius virtus in ſopiendis doloribus, iam vetuſtas habuit cognitionem. Cauendum eſt ne inconſulto propinetur, cum infitas ſentiendi et mouendi vires peruertere atque infringere valeat. Hiſtoria mulieris vaga aegritudine affectae adiecta eſt, vbi, poſtquam multa incaſſum fuerant

p. 280.

p. 281.

p. 283.

p. 284.

p. 289.

p. 292.

adhi-

adhibita, ſedatis laud. liqu. Sydenhami doloribus natura ſponte perfecerit ſudore et vrina critica [illegible]
p. 293. nationem. Progrediens ad haec, quae aliquod ſenſuum externorum, vt guſtus et olfactus foetide infeſtant, primo loco caſtorei mentionem iniicit. Ve-ſuit enim GALENVS hoc vtiliſſimum eſſe illis, qui prae plenitudine tremunt, et iis aduerſum, qui ob inanitionem et ſiccitatem conuulſionibus laborant. Nullum autem obſeruauit Noſter leuamen in caeco dolore, in lypothymia, vomitu, vertigine et capitis dolore et conuulſionibus, plenitudo licet habitus corporis praepolleretur. In aſthmate conuulſiuo, ſuffocatione et cordis palpitatione lenibus mixtura ex diaſcordio, caſtoreo et aſſa foetida. Ig-
p. 295. tur quaeſtio eſt, cui laus ſit imponenda. Anceps eſſe videtur, vtrum DIOSCORIDIS, GALENI, PLINII et PAVLI laſer, laſſerpitium ſ. ſilphium ſit aſſa foetida AVICENNAE, cum illud tanti in alimentis aeſtimatum eſt, haec autem aegre in medicamentis ob olfactus et guſtus organis nunc perferatur. Quomodo nunc nuncupetur a Germanis *ſtercus diaboli* id, quod Aſiatici *cibum deorum* appellant? Num aeris progreſſus, regionis diſcrimen et gentium ſpecies dedit peculiarem ſtructuram organis ſenſuum adeo, vt iſtis arrideat, quod illi faſtidiunt? Mira eſtuaria in mulieribus ſenſuum diſpoſitio, vt id, quod neruis ſpeciatim olfactus eſt iniucundum, vi nerueae et irritabili partium generatim ſuccurrat. Sic ſaepe in aegritudine neruorum vaga, nihil aſſa foetida praeſtantius compertum habemus, etſi quandoque in difficilioribus caſibus parum
p. 296. praeſtiterit. Camphora iis ſolet interdici, qui ſenſu praeſtant exquiſito, et modo iis conducit, quibus obtuſus eſt ſenſus et partium motus ſegnis. Eius vſum repetitum ſequi ventriculi calorem et aphtas in ore et faucibus Auct. obſeruauit. Moſchi praeſtan-

ſtantiam potius ex WHYTTII et TISSOTI, quam ſua commendat experientia. Hodierna cum aetate consentiens negligenda arbitratur pharmaca compoſita, nec non arcana difficiliora, quae chemicorum ſuppellex ſuppeditat. Inter aquas antihyſtericas, meliſſae, ceraſorum nigrorum, citri, aurantii multum quandoque praeſtitiſſe vidit. Si per magneticam vim aut rarefactio humorum, aut motus celeritas increſceret, facile explicaretur effectuum ratio, cuius cognitione ob inopiam obſeruationum ſe carere fatetur. De anodyna Liquoris Hoffmanni et aetheris virtute praeclare animaduertitur, hactenus diſquiſitione relictum eſſe, vtrum debeatur volatili, quod, vt omnibus ſpiritibus, huic ineſt, principio, aut ab altera pendeat proprietate, qua frigoris ſenſum gignit in animantibus? Valerianae ſylueſtris radicem ſaepe magno cum fructu adhibuit, et propria experientia edoctus, hanc eſſe vtilem iis, quibus fibrae ſunt craſſae et laxae, inutilem, imo noxiam graciliorem et tenſam fibram habentibus, conſtituit. Eiusmodi rationem ſecutus eſt in praeſcribendo aurantii cortice. Vt corticis peruuiani virtus alia remedia in pugnanda febre periodica antecellit, ita in cura aegritudinis vagae neruorum non vltimum tenet locum. Cui addere conſueuit Auct. valerianae radicem et aurantii corticem. Quae omnia pro rerum differentia varia in proportione et praeparandi forma adhibet. Plus quam ſemel obſeruauit, quinquinam ſatis fuiſſe, vt decederent colicus dolor, animi deliquium et conuulſiones, valerianam autem poſtulatam, vt capitis et pectoris affectiones, videlicet grauitas, dolor, imbecillitas, vertigo, aeſtus faciei auerterentur. Vndenam id? explicare non audet. Quaeritur, anne magis eiusmodi compoſitum valeat ob compoſitas, quas habet, vires antiſpaſmodicas et roborantes? Marte inprimis

p. 297.
p. 298.
p. 301.
p. 302.
p. 303.
p. 305.
p. 310.
p. 311.

inprimis vtendum eſt in chloroſi, vbi neruorum affectiones cum ſolidorum laxitate ſunt coniunctae, ideoque neruoſum ſyſtema ſenſu exquiſitiori praeditum. Aluus antea ſufficienter eſt ſoluenda, in vſu vero medicinae martialis ne vlla quidem purga-
p. 313. tio moliatur, oportet. Sic etiam inter aquas minerales hae, quibus mars ineſt, in curanda neruorum aegritudine palmam aliis eripuerunt. Ve-
p. 315. neti vtuntur aqua aut CILLI aut RECOBARII. Adiecit Noſter experimenta chemica cum Recobari aqua inſtituta, ex quibus apparet, quas in ſe continet partes. Hae ſunt *fluidum aereum* ſ. *gaſſeoſum*, terra calcaria gypſea, ſal neutrum amarum et ochra. Dolemus tamen, ne copiam atque mutuam harum partium proportionem indicauerit. Monet ſimul principia hanc aquam conſtituentia mora ac quiete facillime diſiungi, idcirco vſum in locis pro-
p. 321. ximioribus eſſe faciendum. Non ita facile ac breui diſſociantur principia quibus coaleſcit aqua, vt dicunt CILLI, quae a monte BOSCH prope RÖITSCH in Stiria inferiori proſilit, igitur in vaſis vitreis ac-
p. 322. curate clauſis euehi ſolet. Innotuit, recte diuti aquas martiales in eas, quae ſaporem atramentoſum poſt annum retinent, et in tales, in quibus ſolutio ferri ita debilis eſt, vt leuiſſimo aeris vel caloris acceſſu breui praecipitentur, vt in aquis Spadanis. Primum contingere cernitur aquae CILLI, alterum RECOBARII. Attamen haec illa validior eſt, quam ceteris paribus, magis roborare, illam vero purgare in praxi compertum habuit. Vtrumque ventriculi et inteſtinorum glandulas aperit, detergit, ſuccorum craſſitiem ſoluit, vim alcalinam emendat, corroborat fibras, erigit vires compoſitas, motum periſtalticum auget, eiicit excrementa per aluum et inprimis vrinae excretionem reddit copioſiorem. Quam vtriusque aquae efficaciam multis

multis exemplis comprobat. Valde autem nocent, ſi viae primae impuritatibus ſcatent, aut aegritudinis diuerſitas, anni tempus vel locus, quo ſumitur, diſſuadet, quorum omnium perpetuo ratio eſt habenda. Neque roborandi cauſa aquae dulcis frigidae potionem omittendam exiſtimat, cuius praeſtantiam et veteres et recentiores multis in caſibus ſunt experti. Porro impugnat antiquum axioma: quo vinum frigidis ſiccisque naturis aptiſſimum pueris, et congruum ſenibus generatim putabatur. Cum etiam pueris, iisque ob debilem naturae conſtitutionem glandularum obſtructione et rachitide laborantibus, quique robore indigent, haut inutile ſit, nec ſenibus omnino, maxime ſi humore premerentur arthritico, concedi debeat. Sic quoque potus coffeae et chocolatae ſorbitioni, ſi caute atque circumſcriptis limitibus vtimur, in neruorum aegritudine, a laeſa concoctione orta, quaedam vtilitas non eſt deneganda. Lactis, eiusque ſeri vſum eo facilius commendare putat, cum ſaepe gracilioribus, quorum nerui malae nutritionis cauſa fuerant mobiles, conuenire ipſi obſeruarit. Cuius rei exempla adiecit multa. Ii etiam, quorum ventriculus acore laborabat, lac aqua commixtum paulatim conſuerunt ita, vt inde non parum coeperint auxilium. Mercurii, ſaponis veneti, cicutae aliorumque reſoluentium facultas, niſi fibrarum infirmitatem ſimul moliretur, ſaepe prodeſſet aegritudini neruorum. Praeſtiterant quidem interdum aliquid, ſed non ſemper rem integre expediebant. Virum in noſocomio PATAVINO vidit Auctor, qui pluribus ab annis ſaepe quotidie corripiebatur vomitu, cuius cauſam inhaerere pyloro, qui glandulis obſtructis et craſſis coarctatus fuiſſet, putabatur. Omine fauſto praeſcriptus eſt mercurius ſublimatus quod voto reſpondit. Nam vomitus acceſſiones, et gradus ſeſe quotidie

p. 328.

p. 332.

p. 333.

p. 341.

im-

imminuerunt ita, vt intra menſem de Noſo-
mio deceſſerit. Quantum laeſiſſet hocce remedi-
ſe in illa vomitus ſpecie adhibitum eſſet, quam
irritabilis et ſenſilis exquiſitior mouet, quisque
p. 344. cile perſpiciet. Tutius igitur medentur leuibus
ſcerum adeo ſenſilium obſtructionibus ſimpliciſſim
frictiones et fomenta, quorum vſum tuendae ſa
tatis gratia iam antiquitas praecepe at. Moxcal
mox frigida fomentatio conuenit, Itaque a Me
dico eſt diſcernendum, quaenam ex his peculiar
ter ſit anteponenda, tum propter ſymptomata hy
ſtericae affectionis peculiaria, cum propter ſtatu
vis neruea et irritabilis in fibris, quae vel ob ni
miam, vt dicunt, rigiditatem et ſiccitatem, vel ob
nimiam laxitatem a naturali firmitate receſſerit.
p. 349. Balneorum et pedum et vniuerſi corporis praeſtan
tia indicatur, quae tamen in morbi initio potius,
quam ſi ad culmen peruentus eſt, ſunt adhibenda.
p. 362. Commendantur etiam exercitatio gymnaſtica, equi
tatio, vectio, geſtatio et ambulatio, vt corpori pa
retur robur ac firmitas; quae ſingula tamen gradu
p. 367. virium reſpondere debent. In fine huius libri quae
dam de recto rerum non naturalium vſu adiecit Au
ctor, ne inepto regimine remediis detraheretur
aliquid vtilitatis. Ingenue atque aperte profitemur,
nos tanta cum voluptate perlegiſſe hunc librum, vt
eum artis ſalutaris cultoribus de meliore commen-
dare non dubitaremus, iis inprimis tanquam exem-
plar quod imitandum, qui de neruoſis, quaecun-
que demum ſint, affectionibus docte atque erudite
ſcribere velint.

VIII.

Vaſorum lymphaticorum corporis humani hi-
ſtoria auctore PAVLO MASCAGNI in regio Se-
narum Lyceo publico anatomes profeſ-
ſore

ſore, Senis ex typographia Pazzini Carli MDCCLXXXVII. Proſtat Lipſiae in officina Gleditſchia fol. mai. 138. pagg. c. tabb. aeri inciſis XXVII. *).

Noſtris temporibus ſtudiis virorum eruditorum doctrina de vaſis lymphaticis corporis humani aucta atque ita locupletata eſt, vt clariſſima omnia paene luce illuſtrata exiſtimanda ſint, atque inter quamplurimos, qui hoc caput anatomiae dilucidius expoſuere, praecipuae partes Cl. MASCAGNIO ſunt aſſignandae, quippe qui noua luce haecce vaſa perfuſrauit, atque eximio ſuo ac ſplendido operi ſplendidiſſimis ac accuratiſſimis iconibus ornamenta, decus et gratias comparauit maxima. In prolegome- p. 1.
nis potiſſimum ex ordine definitionem et hiſtoriam vaſorum propoſuit lymphaticorum. Lymphatica videlicet, ſeroſa et abſorbentia dicuntur vaſa quaedam pellucida, tunicis exiliſſimis compoſita, valuulis quamplurimis intercepta, hinc nodoſa, corpuſculis rubellis ſubrotundis, quae nuncupantur glandulae conglobatae, ſeu lymphaticae, omnino connexa et implicata. Eadem ab omnibus corporis animalis partibus proficiſcuntur, diuerſas hauriunt ſubſtantias et cum iiſdem in ſuo decurſu a partibus ad cor lympham elaborant ac perficiunt, et tandem in ſubclauias, et iugulares internas ingredientia, cum chylo ab inteſtinorum cauo hauſto, atque cum aliis partibus adhuc non elaboratis confuſam, ipſam ſanguini miſcent, vt eiuſdem iacturae reficiantur. Hoc vaſo-

*) Iam anno 1787 prodromus prodiit ſub titulo: *Vaſorum Lymphaticorum corporis humani hiſtoria et ichnographia auctore* PAVLO MASCAGNI. IN. fol. mai.

vaſorum genere quadrupedes, amphibia, piſces
aues donantur: hoc forſan alia animalia corde
vaſis ſanguineis deſtituta: forſan et vegetabilia.
p. 2. pud antiquos veſtigia horum vaſorum occurrunt,
qua occaſione hiſtoriam contexuit, atque docuit
iam maiores noſtros ſenſiſſe, vidiſſe atque intelle-
xiſſe multa, quae et in vſus noſtros conuertere qua-
amus, ſed ipſam illam hiſtoriam minus abſolutam
neque omnibus numeris perfectam eſſe vidit. Ip-
tur hanc ob cauſam Noſter ipſe rem aggreſſus et
a. 1777 decurſus eorum a partibus ad venas in-
gulares et ſubclauias in hydropicorum cadauer-
bus ceu admodum aptis ad tales diſquiſitiones ob-
ſeruauit. Ab a. 77—81 in omnibus corporis hum-
partibus, cerebro excepto, aliqua lymphatica pla-
ries repleuit, atque totum ſyſtema horum vaſorum
1781 publice in Senenſi Gymnaſio in hominum c-
daueribus demonſtrauit. Quum Florentiae 178
degeret iuſſus a Petro Leopoldo, Duci Magno E-
truriae, tale ſyſtema conficere, quod etiam exſecu-
tus eſt. A. 1784 ad Academiam Regiam ſcien-
rum Pariſienſem, qui problema de vaſis lympha-
cis propoſuerat, priorem ſui commentarii miſit par-
tem, qui comprehendit 1) experimenta et obſerua-
tiones circa tres priores propoſitas quaeſtiones 2)
methodum quam ſequutus eſt in his vaſis mercu-
replendis, 3) breuem horum vaſorum in omnibu-
G. H. partibus deſcriptionem, qua 4 et 5 enuclea-
batur quaeſtio. Menſe Maio eiuſdem anni alteram
partem ad Academiam miſit, continentem duode-
cim tabulas aeneas, et quatuor lineares pictura-
cum deſcriptione, notiſque circa varietates, et a-
quae ab aliis ſcriptoribus de lymphaticis edita fue-
re. Menſe Iunio percepit, problema fuiſſe ab A-
cademia reuocatum. Statim propterea conſtitu-
publici iuris facere priorem commentarii partem
viam

niam cum quatuor tabulis, quae eſſent quaſi ſpecimen, ſi quidem integra tabularum elaboratio diuius opus retardaſſent. Hoc menſe Iulio factum eſt. Die 16. eiuſdem Florentiam iterum ſe contulit, vbi p. 5. res menſes commoratus, cereas praeparationes adhuc reſtantes direxit, et quae abſente eo confectae erant perfecit, anno 1785 ad dirigendas reliquas cereas praeparationes menſe Februario tertia vice Florentiam petiit, ibique degit ad menſem Nouembrem. Sex ſtatuae iacentes ad viuum effictae, naturalique forma, et aliae praeparationes totum exhibent lymphaticorum ſyſtema, ſuis apte locis diſtributum, vna cum muſculis, vaſis ſanguiferis, etc. Harum exemplum eadem magnitudine Vindobonam miſſum fuit. Florentiae morans, in his praeparationibus dirigendis occupatus, fidem in prodromo datam ſeruare non potuit, et publicatio eius operis vltra annum retardata eſt. Huic vaſorum ſyſtemati iugiter adlaborans obtinuit, vt vltimae delineationes perficerentur atque tres tabulae adiicerentur iis quas in prodromo promiſerat per faſciculos publicandas, ſed omnia demum in vnum collegit.

Totum opus in duas partes diuiditur, quorum prior, *generalem rerum ad lymphatica vaſa hiſtoriam pertinentium* tractat, poſterior tabularum explicationes cum notis ſiſtit. Pauca de vna quaque a nobis iam ſunt commemoranda.

Pars prior ſeptem ſectiones continet, quarum p. 1. 1) *de lymphaticorum arterioſo et venoſo quorundam ſyſtemate agit*, ſub examen hic vocat BOERHAAVII, p. 6. WEYSSENII atque HALLERI de hiſce vaſis opiniones, eorumque theorias imaginarias eſſe declarat. Neque ANT. FERREIN ſyſtema venoſo arterioſum lymphaticorum admittendum Potius vaſa lymphatica arterioſa et venoſa ab auctoribus excogitata in

corpore animali non inueniuntur, ſed exiſtunt
lum lymphatica valuuloſa. II) *de arteriarum fine*
p. 7. *narum principio.* Arterias in venas continuari
obſeruationibus microſcopicis et iniectionibus
patet, at alii arteriarum fines in canales excreto
in magnas paruaſque cauitates, in pulmonum
ſiculas et in ipſam ſuperficiem externam corp
ab omnibus fere phyſiologis admiſſi ſenſuum
monio non confirmantur.

p. 19. *Sect. III. De vaſorum lymphaticorum* orig
Varias ſententias auctorum de hac re propon
que ex inſtitutis declarat experimentis, lympha
ab omnibus cauitatibus, et ſuperficiebus inter
p. 22. ortum nanciſci. Ab extima vero totius corp
ſuperficie ſimiliter lymphatica oriuntur, atque
ſtantias a ſuperficie externa lymphaticorum ach
p. 23. ac miniſterio in corpus introduci. Colligitur
lymphaticorum ſyſtema ab omnibus corporis
tatibus et ſuperficiebus tum internis tum exte
originem ducere, atque ipſi prorſus abſorbendi
ficium fuiſſe demandatum. Hauriet igitur
buſuis ſolidorum interſtitiis et ſuperficiebus,
nutritioni ſupereſt, ab excretoriorum ductuum
lularum cauitatibus quod ſecretioni, hauriet
gnis corporis caueis humores ex vaſis cuiuſcu
generis exſtillantes, ex vaſis ac receptaculis
liorem humorem contentorum materiem, ab
terna demum corporis ſuperficie, ſinguliſque
aere communicantibus caueis quidquid a corp
exhalans, vel cum aere commixtum ſibi obtu
tur. Ex his elementis admodum heterogeneis
ramorum truncorumque concurſu, et in glandu
ſibi mutuo occurrentibus lympha elaboratur, at
p. 24. perficitur. *Sect. IV. De lymphaticis in genere.* Q
de illis in vniuerſum praecipue ope iniectionum
ſeruauit, qualia eſſe ſoleant in hydropicis,

vulis esse instructas, irritabilitatis earum sedem, humoris in illis contenti varietatem, eorumque morbis belle proposuit. Data simul occasione MEKKELII errores detexit, eosdemque refutare studuit. *Sect. V. De glandularum conglobatarum seu lymphaticarum structura.* Nominis ratione reddita, sedem, differentias ratione magnitudinis et duritie membranam eminentias, ramos, fabricam, distributiones, continuationes, atque humoris in iis contenti varietate differuit, atque experimentis institutis vim ac robur suis addidit verbis. *Sect. VI. De methodo inueniendi ac replendi vasa lymphatica.* Descriptione instrumentorum praemissa, quae ad inuentionem ac repletionem adhibentur, duas methodos receptas sub examen vocauit, atque quibus opus sit manipulationibus declarauit. *Sect. VII. De generali vasorum lymphaticorum ex singulis corporis partibus descriptione.* Et rerum copia, ac varietas, Cl. determinauit A. vt hanc sectionem in capita et articulos diuideret, quo eo melius absque vlla confusione omnia possent proponi. *Cap. I.* igitur agit *de lymphaticis, quae intra abdominis, et thoracis cauitatem in ductum thoracicum immittunt*, cuius *art. I. De lymphaticis superficialibus, quae in glandulas inguinales simul concurrunt*, quorum decursus, plures in eius crassitudine ordines, diuersitas, loca ex quibus originem capiunt, et varietates ibi obuias hic declaratur. *Art. II. De lymphaticis profundis artuum inferiorum*, quoad eorum decursus, truncos singulos, varios trunculos, exitus. His subinde descriptis figillatim eosdem recensuit *Art. III. de lymphaticis, vel ex glandulis inguinalibus ad ductum thoracicum confluunt.* Quoniam vel supra vaginam tendinosam vel intra collocatae sunt, in superficiales ac profundas diuiduntur, diuersi plexus praeprimis iliacus describuntur, eorum cum aliis

p. 27.
p. 29.
p. 30
p. 31.
p. 35.
p. 37.
p. 39.
p. 41.

vnio, tranſitus a glandula in glandulam, a p
in plexum, eorumdemque cum plexibus et gl
p. 42. lis prorſus peculiaris concurſus. *Art. IV. De l*
phaticis, quae ex partibus abdomen continentibus p
ficiſcuntur, ac praedictis in cauitatem abdominis e
p. 43. *ſociantur.* Quorſum pertinent iliaca circumflex
epigaſtrica, ilio lumbalia, ſacra, lumbalia, ili
lumbaris, et maximus inter peritonaei vaſa trunc
p. 44. *Art. V. De lymphaticis veſicae, veſicularum ſemi*
lium, proſtatae, vaginae, teſticulorum, vteri, n
num, ac capſularum atrabilarium. Obſeruation
iniectionum ope factas cum lectoribus commu
cauit, atque omnia vaſa accurate perquiſiuit, n
p. 45. non ſedes differentiaſque indicauit. *Art. VI. D*
lymphaticis hepatis. Monuit de iiſdem, quod p
quam facile iniici mercurio poſſent, ita vt et m
ma etiam belle veniant in conſpectum, vnde hu
p. 49. articulum plenius deſcribere potuit. *Art. VII.*
De lymphaticis ventriculi, lienis ac pancreatis, eorum
diuiſionem, directionem, atque decurſus exim
p. 50. depictos exhibuit. *Art. VIII. De inteſtinorum lym*
phaticis et ductu thoracico, quorum ſynonyma, pro
p. 51. ductiones, progreſſus, oſtenduntur. *Art. IX.*
De lymphaticis, quae in ductum thoracicum ſe inſe
runt, intra pectoris cauum, hic commemorat inte
coſtalia, tranſitum in glandulas, proceſſus ac com-
p. 53. municationes. *Cap. II. De lymphaticis, quae a*
collo, vel in ductum thoracicum, vel in venas dexter,
aut ſiniſtri lateris ſe aperiunt. Hoc caput denuo
p. 54. in varios ſubdiuiditur articulos. *Art. I.* igitur *de*
lymphaticis pulmonum, eorum confluxu, diuiſione
ſurculis, glandulis, ex quibus horum trunci pro-
p. 55. deunt, atque eorumdem collectionibus agit. *Art.*
II. De lymphaticis mammariis internis, phrenicis,
p. 56. *mediaſtinis, pericardinis, thymicis ac cardiacis.* Per-
ſequitur iſtorum diſtributionem, curſum, atque f
gillatim

gillatim singulos fusius recenset. *Art. III. De va-* p. 57.
sis superficialibus quae ad glandulas axillares concurrunt. Artuum superiorum et inferiorum lymphatica vasa hic seorsim considerantur, eorum vnio describitur; atque directiones indicantur. *Art. IV.* p. 59.
De lymphaticis profundis artuum superiorum dorsi et pectoris, et de lymphaticorum decursu ex glandulis axillaribus vsque ad eorum terminationem in venas. Seorsim atque accurate haec omnia examinata deprehendimus, vt nihil amplius dicere libeat. *Art.* p. 61.
V. De lymphaticis capitis et colli superficialibus quae diuiduntur in superficialia et profunda, eorum situs, progressus, trunci concursus depinguntur. *Art.* p. 63.
VI. De lymphaticis profundis capitis et colli, diui- p. 64.
sione, processu, glutine, congregatione truncis agitur. *Pars II.* fistit *vasorum lymphaticorum ich-* Pars II.
nographiam, seu Tab. XXVII. et tabularum expli- p. 64.
cationes, quarum tamen nudum aridumque indicem veremur apponere, ne stomachum moueamus penes lectores. Sequitur *conclusio* continens conse- p. 132.
ctaria, quae exinde prono veluti amne promanant, de quibus etiam nihil dicere attinet, ne iusto proliziores esse videamur. Vltimo demum loco exhi- p. 136.
betur *catalogus praeparationum anatomicarum ad lymphaticum systema pertinentium, quas Nostet Florentiam misit ad Regium Musеum a.* 1784.

VIII.

SEBASTIANI IVSTINI BRVGMANNS orationes duae. Prima aditialis de accuratiori plantarum indigenarum notitia maxime commendanda, habita Leidae cum ord. Prof. Botanices auspicaretur, d. 28. Octbr. 1786. altera valedictoria de natura soli physici exploranda, dicta Franequerae, cum ad botanicen in Ac-

Lugd. B. docendam euocatus, ordinar... philoſophiae in Friſiorum academia ponen... a. d. 11. Oct. 1786. Lugd. Bat. apud S... I. Luchtmanns, Acad. Typographos 178... 4. pagg. 84.

Cl. BRVGMANN talem ſe in his orationibus exhi... buit, vt et botanici accurati et oratoris probi pa... mereatur laudem. Omnibus ſiquidem ac ſingu... ita adaptauit has orationes, vt omnia argumen... certis atque euidentibus probaret, res egregias o... dine compoſito, perſpicue, diſtincte proponere... atque grauitate dicendi ſuis orationibus maxim... conciliaret dignitatem. In compendium eas red... gere ob rerum copiam fieri vix poteſt, vnde ha... tantum dixiſſe ſufficiant.

IX.

Reliqua librorum FRIDERICI II. Imperatoris de... arte venandi cum auibus cum MANFREDI Re... gis additionibus ex membranaceo codice Ca... merarii primum edita Aug. Vind. 1596. nunc fideliter repetita et adnotationibus... iconibuſque emendata aeque illuſtrata; acce... dunt Alberti M. capita de falconibus, aſtur... bus et accipitribus quibus adnotationes ſuas... addidit I. GOTTL. SCHNEIDER, Saxo, Elo... quentiae et Philol. Prof. Tom. I. Lipſiae im... penſis Mulleri haeredum 1788. 4. 198 pagg. Tom. II. auctarium emendationum et adno... tationum additum eſt, ad Aeliani de natura... animalium libros Lipſ. 1789. p. 228. cum... fig.

Splen...

Splendor externus chartae scriptoriae albissimae, nitidissimaeque, typi elegantia et accuratio, multo magis vero intima huius libri forma, quam Cl. Ed. sua opera politiorem reddidit atque illustriorem, quam maxime vero doctissimae animaduersiones a Nostro additae, quae de eius acumine iudicii critici, de ingenii praestantia, rerum copia ac delectu, ac multiplici variaque eiusdem testantur eruditione, non indigere videntur interprete, illae enim ipsae loquuntur, euidentissime et confirmant nostra dicta. In vniuersum autem constat Cl. SCHNEIDERVM nostris criticis maximis et principibus esse adnumerandum. Plura non addimus ne modestiam nostri laedere videamur.

X.

Museum Leskeanum, regnum animale, quod ordine systematico disposuit atque descripsit D. L. GVSTAVUS KARSTEN, Societ. Nat. Curios. Halensis Sodal. Vol. I. cum nouem iconibus pictis. Lipsiae sumtibus haeredum I. G. Mulleri 1789. 320 pagg. 8.

Ordo, quem Cl. Ed. elegit, sese de meliori commendat. De vniuerso libro plura iam dicere nihil attinet quam hoc, Cl. Editorem partem alteram Zoologicam et partem mineralogicam in ordinem esse redacturum. Catalogum autem Botanicum Cl. HEDWIG, D. et Prof. Lips. sibi sumsit elaborandum. Vltimae sectioni adiicietur vitae descriptio LESKII cum eius icone. Quia autem elegantia atque praestantia huius Musei prorsus singularis est, haeredes optant, vt vniuersum Museum venderetur, ob pretium ipsius Marpurgi apud viduam, aut Lipsiae in bibliopolio Mullerio plura percipere

quilibet poterit. Quod reliquum eſt Mu… ipſum Muſeum egregie ordinatum vnicuique … ſpicere licet, patet enim omnibus domus, … illud ſeſe optime et ſecundum naturam repraeſ…

XI.

Diſſertatio medica inauguralis, De impe… vrinae excretione. Quam — Eruditorum … mini ſubmittit ADRIANVS SANDERVS VAN … BOON MESCH, Delphis-Batauus, -- Lugduni … tauiorum, Apud Iacobum Donby, MDCCLXX… 4. mai. pagg. 47.

Egregie compilatus libellus academicus ideo… lectu omnino digniſſimus. Praemiſſa anat… ca partium ad ſecretionem et euacuationem u… pertinentium deſcriptione, iſchuriae cauſſae et … traduntur, prognoſis et remedia interna, poſtea … externa ſeu chirurgica, catheteris nempe appli… tio et punctura veſicae, diiudicantur. Huius au… operationis experientia propria ſe deſtitui fate… Cl. auctor: quae per perinaeum fit, ſimplici… commendabilis eſt; FLVRANTI methodus*) … locum non habet, vbi proſtatae volumen auc… et durities progreſſum inſtrumenti in veſicam v… impedit, eoque in caſu punctura in regione hy… gaſtrica praefertur.

XII.

NICOLAI GEORGII OOSTERDYK, Ioann. fil. Or… de ardua medicinae exercendae prouincia, p… blice dicta d. VIII. Februarii A. MDCCLXXX… qu…

*) Vid. Comm. noſtr. Dec. I. Suppl. p. 153. … XIII. p. 274.

quum magiſtratu academico abiret. Lugduni Batauorum, apud Abrahamum et Ianum Honkoop. MDCCLXXXVII. 4. mai. pagg. 39

Poſtquam in exordio vituperium communem medicinae, etiam ab iis, qui eam faciunt, ſaepe motum, ipſam nonniſi in ἀμηχανίᾳ verſari, remouerat Cl. Auctor, in tractatione ipſa non quidem aduerſus aegros medicos fatigantes diſputat, ſed quantum difficultatis inſit in cognoſcenda natura humana morbisque eam infeſtantibus, eorum cauſſis ſedibusque indagandis, prima parte oſtendit; altera ſectione de regulis diaeteticis praeſcribendis, virium vitae iuſta ratione habendis, cauſſis morborum auertendis effectibusque earum vincendis, de nimio ſtudio ſpecificorum diſſerit, et denique fidam naturae contemplationem curationis viam monſtrare oportere apoplexiae exemplo docet; huicque fini obtinendo ad formandos medicos in academiis praeſtantiſſimum eſſe noſocomium clinicum demonſtrat, quo hucuſque academia Lugdunenſis caruerit, cuius autem inſtitutionem in ſubiecta notula laetus annunciat.

XIII.

Diſſertatio medica inauguralis, de febre quartana, quam, — Eruditorum examini ſubmittit IANVS FELLINGA, Doccumo Friſius. — Groningae. Apud Wilhelmum Camerling, Bibliopolam. MDCCLXXXIV. 4. mai. pagg. 28.

Primo de febre et ſigillatim intermittente agit, et ab hac ad quartanam ſpecialius conſiderandam viam ſibi parat Cl. Auctor, quam a tertiana maiori materiae cruditate differre vel ex eo probat, quod affectus

affectus animi laetiores vel triſtiores vnam in
ram mutaſſe ſaepius conſpexit; materiam mor
cam in quartana magis in acidum vergere, nori
fectus acidorum, ſalutares alkalium, abſorbentia
diaetae animalis docent. Ad cauſſas praediſpo
tes, maxime natalis ſoli habita ratione, refert ac
nes naturales iuſto debiliores, quorſum et per
bilis defectus aut inertia, ita vt annis 1779 et 17
omnes fere, qui ex febre bilioſa auctumnali con
luiſſent, circa hyemem quartana correptos vidi
ideoque aegris poſt ſuperatam febrem bilioſam m
dicamenta amara, praeſertim bilem animalium, ſu
mo cum fructu praebuerit; porro abuſum aci
rum et aceſcentium in victu glutinoſo vegeta
et tandem aeris iniurias et viciſſitudines, exhala
nesque ex aquis ſtagnantibus ſurgentes. Symp
matibus poſtea febrilibus ſuccincte enarratis ad p
gnoſin et curationem progreditur. In priori
ſtadiis nihil niſi largam potulentorum copiam, i
vrgentiore caſu iam in primo hauſtum ex ipecacu
hae granis ſex, laudani liquidi guttis viginti, aqu
purae vncia magno cum ſucceſſu exhibuit, dein p
diuerſa indicatione euacuantibus reſoluentibusq
variis eſt vſus, ex quibus inprimis infuſum ſenn
additis alkali fixo et parca ſcillae vel ipecacuanh
copia, vel mixturam ex rhei vel ſennae puluere, ſa
medio, oxymelite ſcillitico et aqua laudat. Purg
tis primis viis dedit abſorbentia, alkalia fixa et v
latilia, addita plerumque parca rhei aut ſennae aut
ipecacuanhae portione; item mercurium dulcem
aut extracta amara ſoluta. Quibus ſi febris nondu
ſileret, in vſum duxit pilulas ex felle taurino, e
tractis amaris et marte. Sin autem iam a prioribu
aut ab vltimo loco dictis febris vel prorſus ceſſare
vel primum tantum paroxyſmi ſtadium, cortice
peruuianum in decocto vel puluere largius porren
addito

addito pauco rheo, potiſſimum cortici rubro vtpote illum magis adſtringenti; febre plane fugata, per aliquot dies adhuc pilulis ex felle tauri et extractis adſtitit. Recurſus ſemper cauſſae vehementiori, v. errori in rebus ſex non naturalibus commiſſo, aut impeditae perſpirationi, ortum debere vidit: in his iameti aeque ac in debilitata aegrorum conſtitutione aegrorem corticis vſum quam maxime proficuum inuenit, modo primae viae liberae ſatis fuerint. Neque vllum ex pluribus roborantibus, tonicis et adſtringentibus, quae tentauit, vices eius ſupplere intellexit, licet decoctis corticis quercus et radicis tormentillae aliquem effectum tribuat; aluminis ſolutione aquoſa, praemiſſis purgantibus, interdum morbum vicit; gallarum puluerem, ex rhei portione ſociatum, vt aluus laxa ſeruaretur, ex omnibus a ſe tentatis remediis vires antipyreticas maximas habere expertus eſt (Sed non tentauit dictamnum album, caryophyllatam, hippocaſtanum, fraxinum, et forte alia; ex ſalicibus ſolam albam, cui efficaciam plane denegat). Cur cortex peruuianus ruber vulgarem antecellat, ſe neſcire fatetur (adeoque ignoraſſe videtur, quae Cl. SAVNDERS de diſcrimine inter vtrumque propoſuit; Ill. COTHENII ſcriptum recentius eſt hac diſſertatione). Tandem pauca de diaeta: acida et farinacea aceſcentia, ſuperato etiam morbo, interdicit; carnes, et ex iis etiam ſuillam, parcius ſumendas commendat.

XIV.

Diſſertatio medica inauguralis, de veſicantium vſu in variis morbis tractandis. Quam — Eruditorum examini ſubmittit HENRICVS DONLY, Anglus. Societat. Phyſic. Chirurg. Edinb. ſocius. — 1784. Lugduni Batauorum, apud Luzac et Van Damme. 8. mai. pagg. 34.

Maxi-

Maximam partem ex aliorum ſcriptis congeſſ
ſed, quod dolemus, ſtilo non adeo com
exaratus libellus primo modum, quo veſica
agunt, eorumque effectus exponit, cautiones
de ſub eorum applicatione obſeruandas docet,
denique vſum eorum in ſingulis morbis ad duct
ſyſtematis Ill. CVLLEN enarratis recenſet. P
quae noua nobis viſa fuerunt, eo fere redeunt
fuſio aquoſa cantharidum, venae iugulari cam
miſſa, iterato experimento non reſolutionem,
coagulationem potius ſanguinis in pulmonibu
corde induxit. Vnguentum, cui terebinthina in
poſt veſicatorium impoſitum ſaepe ſtrangurian
get, ideoque alienum cenſeri debet eique aliud
mulans tantum ſubſtitui. In febre bilioſa Ind
occidentalis noxium ſaepe fuiſſe veſicantium v
Cl. ARMSTRONG retulit*) Ill. CVLLEN in pra
ctionibus narrauit hiſtoriam podagrici, qui veſic
rio morbi imminentem paroxyſmum anteuertit, h
autem breui aucto vigore redeunte, poſt ſumm
cruciatus exſtinctus fuit. Poſt ſuperatas vario
tumor ad articulos a pure reſiduo enatus, carens
flammatione, forte veſicatorio praeuerti pot
In hydrophobia maiorem omnino praeſtant v
cauſtica, quam cantharides. Tentanda ſuadetur
rum efficacia ad tumores cyſticos, v. c. broncho
lem, ad hydropem funiculi ſpermatici, ad gangl
tollenda. Ad verrucas venereas deſtruendas ac
oſtoſes impediendas eas auditoribus commenda
Ill. HVNTER. Tandem quaeritur, annon, aequ
ac frictiones, calli generationem iuuare poſſint?

XV.

D. IOHANN VALENTIN MÜLLER *praktiſches Hand-*
buch der mediciniſchen Galanteriekrankheiten.
Zum

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. X. p. 627. Vol. XV. p. 113.

Zum Gebrauch für Aerzte und Wundärzte, mit den nöthigen Recepten. Marburg, in der neuen academiſchen Buchhandlung. 1788. 8. pagg. 296. Praefatio pagg. 4.

h. e.

10. VALENT. MÜLLERI compendium practicum morborum venereorum in vſum medicorum et chirurgorum, cum formulis remediorum neceſſariis.

Deſiderat Cl. Auctor in tanta ſcriptorum farragine compendia practica ſingularum medicinae partium, patriae noſtrae potiſſimum accommodata, neque defectum in pertractandis morbis venereis ſupplere conſtituit. Neque ipſum officio ſuo laudabiliter functum eſſe inficiari quis poterit, licet nec ſtilus ambiguus nec dicendorum ordo, vt verum fateamur, appoſitus ſatis nobis videatur, nosque optaremus, vt errorum typographicorum copioſorum admodum, quamuis non indicatorum, cura maior habita eſſet, quibus praeſertim nomina auctorum, notiſſima licet, miſere foedantur, verba graecae originis peruerſe, ex communi aeui noſtri vitio, ſcribuntur v. c. *empyria, phymoſis* cet. ſenſusque ipſe obſcurus redditur, vti p. 96. l. 20. qua quidem imperfectione et vtiliſſimum ſcriptum periodicum a Cl. Auctore editum (*Frankfurter mediciniſches Wochenblatt*) laborare ſaepius nobiſcum doluimus. p. 3.

Praemiſſa *introductione auctores* adducuntur: MASSA, LVISINVS, DE HVTTEN, ASTRVC, FABRE, FALK, GARDANE (verſione tantum teutonica), ANDREE, DE HORNE (itidem nonniſi verſione), ROSE, HENSLER et SCHWEDIAVER, ſubiuncto pauca verbis pretio cuiuſuis. *Antiquitas morbi venerei*

in

in Europa; eruptionis eiusdem epocha; conſſ
de origine eiusdem (quae quidem omnia bona
dum ſunt, ſed in compendio practico aliena ſo
videri poſſent, niſi diſtinctionem luis a lepra
demio Americae morbo *Yaws — Yanes* in libro
ſtro ſcribitur – vſum aliquem habere poſſe exiſtim

p. 29. *Caput ſecundum de natura veneni venerei.* M
ma *ſpecificum* eſt, praecipue in humores lymph
cos et glandulas agens; *ſubtile* quidem ſed
acre et inflammationes excitans; *fluidis muc*
et oleoſis affine (hic longa digreſſio de ortu et
le ſeminis virilis, quod ſit vnum idemque cum
co medullari oſſium, et de exiſtentia liquoris
nalis in feminis, eo demum reſpectu, huc
nens, quod inde docetur, quaenam partes
praeter ſemen a contagio venereo afficiantur
cognitae acrimoniae.

p. 41. *Caput tertium de contagio morbi venerei*
neration, *concubitum*, *lactatum*, *ſaliuam*,
ctum ichoris venerei in genere v. c. per ſudorem,
nera cet.

p. 54. *Caput quartum: Signa morbi venerei. Cl*
prima: morbus localis. Claſſis ſecunda: morbus
verſalis. Claſſis tertia: morbus larvatus. Prog
ſis. Succincte et bene omnia propoſita.

p. 62. *Caput quintum de remediis prophylacticis:*
magiſtratus, *lupanaria publica*, *remedia varia*
riis propoſita ad euitandum immediatum cont
ad mundanda genitalia; vel plane inutilia, vel
ſemper nec vbique ſufficientia.

p. 72. *Caput ſextum de gonorrhoea. Eiuſdem denomin*
notio; *origo venerea*, copioſe aduerſus Cel.
cauſſae; ſymptomata ratione triplicis ſtadii, irritat
inflammationis, relaxationis; diagnoſis ab aliis morbis,
effluxu materiae acris non venereae, arthriticae,
ſymptomatibus calculi, a gonorrhoea ſpuria, meta
tici

effluuio ſeminis veri, ab iſchuria per vitia diaetae nata, a catarrho veſicae, huiusque ac renum pure; *prognoſis; diſtinctio in fluentem, ſiccam et ſpuriam,* neque iterum veneream et benignam; *curatio; cautelae practicae in eadem obſeruandae; curatio gonorrhoeae ſecundariae* ſeu effluxus poſt ſublatum morbum primarium ob laxitatem partium ſuperſtitis; *gonorrhoeae ſiccae* (ſublata inflammatione, niſi effluus ſubſequatur, vſu interno ſublimati, ob virus forte reſorptum); *gonorrhoeae ſpuriae.*

Caput ſeptimum de effluuio ſeminis ab onania. Vi- p. 103.
tii huius idea, cauſſae, effectus, ſigna, in vtroque ſexu. Modi illud explorandi ex aegris. Prophylaxis. Curatio per diaetam, correctionem morum, remedia interna et externa (omnia egregia, ſed proprie non ad morbos venereos pertinentia; forſan autem germanica horum morborum denominatio non inepte vitium iſtud ſub ſe comprehendere poteſt).

Caput octauum: ſymptomata gonorrhoeae. In- p. 123.
flammatio teſticuli, eiuſque varius exitus; prognoſis; curatio. Cute ſimul inflammata et dolente aquae Goulardianae inſignis vſus eſt, praeter adſtringentes et reſoluentes etiam anodynis virtutibus praeditae. Cauendum, ne inciſio abſceſſus nec nimis magna, nec nimis exigua fiat; fiſtula ſaepe reſidua vel frictiones vel ſuffimigia ex mercurio poſtulat. *Ophthalmia*, triplicis generis: alia *a gonorrhoea ſuppreſſa*, huorſum et ea refertur, quae ab ichore gonorrhoeae oculis illato proficiſcitur; alia *ſymptoma luis venereae*; alia denique *chronica venerea. Phimoſis:* operationis eiuſdem rarior neceſſitas. *Paraphimoſis. Cryſtallina* ſeu puſtulae in glande exortae. *Iſchuria venerea, eiuſque cauſſae et curatio:* copioſe de optima Gonorrhoeas conficiendi applicandique ratione. *Priapiſmus*, vel ab inflammatione vrethrae, vel a gonorrhoea adſtringentibus ſuppreſſa. *Impotentia ad con-*

ingium (prolixa tractatio, quam tamen neque in ver-
ſum hic loci quaeſiuiſſes, neque eo ordine po-
poſitam): *requiſita ad coitum fecundum; mem-
vtriuſque ſexus ſibi proportionata; vitia organica
vtroque ſexu; impedimenta in eiaculando ſemine et
media aduerſus ea*, vrticatio, cantharides et alia
citantia, camphora (?) opium, electricitas; *impe-
menta fecunditatis in ſexu ſequiore* a temperamen-
obliquitate orificii interni matricis, ab obſtructis
ſis vteri, a nimia eiuſdem viſceris ſenſilitate et im-
tabilitate; *vlteriora requiſita ad coitum fecundum
bonitas ſeminis virilis, denique ſitus conueniens.*

p. 156. *Caput nonum: morbi genitalium muliebrium. C
norrhoea mulierum; eius hiſtoria, curatio.* Fluor a
bus benignus: eiuſdem idea, cauſſae, digeſtio debi
tata, cacochymia vniuerſalis ſeu metaſtatica arth
tica, ſcrophuloſa, herpetica cet. virus venereum
obſtructiones viſcerum, debilitas totius corporis v
partium genitalium tantum, irritatio potiſſimum
manuſtupratione; *curatio cauſſis accommodata:* e
tracti aconiti nonniſi admodum refractae doſes
in puluere cum ſaccharo ad quartam grani parte
mane et veſperi, ſeu in mixtura, quae huius extr
cti grana tria in liquoris anodyni ſemiuncia et liquo
ris cornu cerui ſuccinati drachmis duabus capit, i
dem temporibus ad quadraginta guttas, ſuadentu
radicis oxylapathi vero decoctum vt generale fer
in quacumque acrimonia commendatur; ad debili-
tatem praeſcribitur enema vterinum ex corticis pe
ruuiani decocto, aut aliud ex vitriolo coeruleo i
aqua roſarum ſoluto, aut ex decocto corticum quer
cus et granatorum floribuſque balauſtiorum (vnic
fere exemplo ex formulis huius libri, in quo medi
camenta eiuſdem indolis combinata ſint) ex vino
rubro, addito alumine. *Carcinoma vteri, praemiſ
quibuſdam generalioribus de cancro eiuſque differen
in*

n aliis quoque partibus, mammis, lingua, labiis, aſo; tum in ſpecie de cancro vteri. *Curatio can-ri: methodica; empirica*, per cicutam, belladonnam, uccum recentem digitalis purpureae, dulcamaram an potius ſolanum nigrum?), arſenicum, mercu-ialia (quae omnia ſollicite conſiderantur, et vbi uidque nocere, vbi iuuare poſſit, determinatur); *alliatiua.*

Caput decimum: vlcera cancroſa et bubones. Can-roſorum vlcerum diuiſio in benigna et maligna; *ſym-tomata; curatio. Bubonum idea et diſtinctio* inter diopathicos et conſenſuales; *ſymptomata et diſtin-ctio* a bubonocele et aneuryſmate arteriae cruralis; *ratio:* per reſolutionem ope frictionum mercuria-um, ſed non in loco affecto, verum in interno la-ere femoris; per antiphlogiſtica; per irritantia; er euacuationem puris geniti ope cauſtici, quod ero minoris voluminis eſſe nec vltra duas treſue oras imponi oportet, vel ope cultri, ſed nonniſi ta glandula penitus ſuppurata, in infima parte, ciſura ad directionem plicarum directa, minuta, agis punctura nomine digna, compreſſione fu-eriori tumoris parti admota; noxii effectus mer-urii extus adhibiti; cautiones in interno eiuſdem ſu attendendae; *tranſitus bubonis in gangraenam; cancrum.* p. 187.

Sectio ſecunda: Curatio luis venereae vniuerſalis. p. 201.

Caput vndecimum: Generales quaedam animad-erſiones. Remedia praeter mercurium ad eradican-am luem propoſita, hic tantum nominata; *praecel-antia mercurii; vanus ob vſum eiuſdem metus*; *agen-i modus eiuſdem*, vel adhuc dubius *diuerſae eodem tendi methodi*; p. 202.

